BS90
.2
1874

7.80
5.50 ant
Z 93 02 d

LIBRARY OF PRINCETON
JAN 13 1906
THEOLOGICAL SEMINARY.

Division BS90
Section .2
1874



Bible. O.T. Psalms. Latin. 1874
Lagarde

PSALTERIUM

IUXTA HEBRAEOS HIERONYMI

E RECOGNITIONE

PAULI DE LAGARDE.

ACCEDIT COROLLARIUM CRITICUM.

LIPSIAE
1874
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

Psalterium ab Hieronymo anno 405 ex hebraeo in latinum sermonem versum est: quam versionem ab omnibus qui artem criticam didicerint, magni faciendam per annos quadringentos nemo inventus est qui separato volumine ederet, nemo qui ad librorum manu scriptorum antiquissimorum fidem ea qua par est diligentia exigeret, nemo qui editioni psalmorum in synagoga nunc circumferri solitae diiudicandae et corrigendae adhiberet. hoc Hieronymi opere cum ego me minus etiam quam ceteros carere posse viderem, coeperam codices et manu exaratos et typis descriptos, quotquot nancisci poteram, comparare, ex quo comparandi negotio sensim et quasi invito mihi haec editio subnata est. qua id effecisse mihi videor, ut qui post me operam suam in hoc libro tractando conlocare voluerit, multo id quam antea commodius facere possit. nam et modicum volumen est et parvo parabile, et commatum numeri consuetudine sanciti additi, quos neque Iohannes Martianay neque Dominicus Vallarsi addiderant, et codices tres vel quatuor non recentes diligenter conlati, et editionum veterum lectiones adnotatae, et quam editores parisinus et veronensis congesserant scripturae discrepantia cum lectoribus communicata. quot vero facienda supersint, id nisi ex indice librorum a Maurinis et Vallarsio inspectorum eluxerit, ex ipso adparatu editioni meae subiecto constabit, agamque explicatius de futurorum editorum officio in fine praefationis.

Ad manus fuerunt mihi codices manu scripti quatuor, quorum tres plus semel diligentissime contuli, quarti partem tantum aliquam excussi.

G sancti Galli 19, quadratus, paginarum 138. subscriptum *sephar tallim quod interpretatur volumen ymnorum explicit.*

Hoc ego psalterium, quod iure vocatur hebreum,
Hartmotus Gallo donavi pectore laeto.
Auferet hoc si quis, damnetur mille flagellis,
Iudicioque dei succumbat, corpore pesti.

Hartmotum, virum regio genere ortum, saeculo nono apud sanctum Gallum monachum vixisse, anno 872 abbatem in Grimaldi locum suffectum esse scimus.

quae in primis huius libri foliis e psalterio gallicano desumpta inter versus addita leguntur, ea non curavi: sunt enim nullius pretii, nisi quod quo modo psalterium iuxta Hebraeos corrumpi solitum sit ostendunt.

R augiensis 107, quadratus, foliorum 105, saeculi decimi. subscriptum *Legite felices. Gaudete legentes. Omnis labor. Finem habet.*

Sed praemium eius Non habet finem. intima necessitate cum psalterio amiatino iunctus, quod ad 1, 4 intellegenti significavi. librario augiensi aetate non multo inferior est scholiasta, qui vel ex *l c* vel e fonte non indicato scripturae diversitatem adscribit ita, ut haec sua ei melius placuisse videantur quam quae librarius scripsit. *l c* haud scio an non librum chori significet. scholia cum interdum eadem sint ac quae Maurini in margine habent egoque sigla *S* notata cum legentibus communicavi, excripsissem, si per otii angustias fieri potuisset. nam cum interdum notis tironianis utatur scholiasta, quas legere non didici, aut notarum illarum tironianarum legendarum facultas acquirenda erat, quae nesciebam utrum brevi tempore pari posset, aut relinquenda quaecumque notis scripta extabant, quod facere nolebam. nam talia aut integra dari debent aut non dari. spero tamen fore ut ad haec redire aliquando possim.

W babenbergensis A I 14, oblongus, iubente Salomone III anno 909 Constantiae scriptus: psalterium quadruplex, romanum, gallicanum, hebraeum, graecum. et graecum quidem, de quo in editione mea psalmorum graecorum adcurate acturus sum, desumptum est e codicis sancti Galli 17 mutili archetypo nunc perdito ita, ut in psalmis 1—100 archetypi sui nunc perditi vices solus agere debeat, in psalmis 101—150 una cum illo sancti Galli libro agat. psalterium hebraeum non fluxit e codice sancti Galli 19, sed ex eodem exemplo, ex quo augiensis modo nominatus manavit, nisi quod librarius constantiensis non eadem qua monachus augiensis fide in transscribendo usus est: fieri vero etiam potuit ut doctus sibi videretur et emendaturus quae Salomon episcopus prave scripta describenda proposuisset.

Z coloniensis ecclesiae cathedralis 8, foliorum 164, anno 1866 a Dardemonae ripis Coloniam redux, oblongus, codicis *W* ita similis ut in psalterio pagina paginae versuique versus respondeat, paulo tamen minus emendatus quam ille.

contuli psalmos 1—25 integros, postea singulis locis inspexi, psalmos 106—151 integros excussi, cum hos in *W* non ter, sed bis tantum comparare potuissem vellemque de archetypi communis scriptura quam certissimus esse.

editiones typis excriptas contuli integras quatuor, ad psalmos viginti quinque primos adhibui quintam. harum editionum sigla erunt *γξqμβ*.

ac primum quidem

γ ea est, de qua KTGSchoenemannus in bibliothecae patrum latinorum volumine priori 488 489 egit. usus sum exemplo bibliothecae gottingensis, cuius paginae pene ultimae Ludovicus Schweigerus, conlega quondam aestumatissimus et mutuo amore mihi coniunctissimus († a d IX Kal Maias 1872) inscripsit librum editum esse Augustae Vindelicorum a Gunthero Zainer circa annum 1473: neque ego ultra in aetatem voluminis inquirendum esse censui, cum Schweigerum ha-

rum rerum iudicem experientissimum et cautissimum esse scirem. psalmis primis conlatis deprehendi editionem e codice coloniensis mei simillimo fluxisse: hinc factum est, ut ultra psalmum 25 eam adhibere necessarium non videretur.

ξ est editio versionis nostrae in quincuplici psalterio anno domini 1509 ab Henrico Stephano typis excripto prostans. vide EGreswelli librum *a view of the early parisian greek press* [1833] I 65. Iacobus Faber stapulensis exemplum typographo suppeditatum libris *a piis et religiosis viris Cartusiis et Celestinis* parisiensibus mutuo datis usus anno 1508 *in coenobio sancti Germani prope muros parisienses* scripserat: quos codices nunc in bibliotheca maxima parisiensi servari crediderim.

o editio Hieronymi ab Erasmo curata et Basileae typis Frobeni anno 1526 in lucem emissa. psalterium nostrum legitur tomo VIII. debueram erasmianam primam conferre, sed quo tempore ad haec studia accedebam, prima illa procurari non poterat, neque postea operae pretium videbatur de ea quaerere. nam e praefatione Amorbachiorum Basileae VIII Kal Sept 1516 scripta et in repetitionibus omnibus servata bibliopolas *Chonradi Pelicani Rubeaquensis ex familia divi Francisci* opera in adornanda editione sua usos esse discimus, a cuius doctrina recessisse qui amorbachianam repetiverunt, non crediderim, ita ut me sine damno amorbachiano libro ipso caruisse putem. iuvat adscribere quae Amorbachii in praefatione media habent *exemplari veneto* [psalterii hebraici] *cum vetustissimis Hieronymi codicibus multis locis non conveniebat.*

μ psalterium iuxta Hebraeos a Iohanne Martianay Lutetiae Parisiorum anno 1693 inter opera Hieronymi I 835–938 editum. qui Parisios adire poterit, codicem 11936 bibliothecae maximae inspiciat, in quo Iohannis Martianay scripta ad bibliorum editionem spectantia servata sunt. codices a Iohanne Martianay adhibitos infra recensebo: hoc loco id addiderim, Petrum Sabatier in bibliorum latinis versionibus antiquis ab se editis II 8 [Remis 1743] haec scribere *ad versionem latinam Hieronymi ex hebraeo quod attinet, ipsa columna intermedia typisque distinctis excudetur, illaque praeferetur a nobis editio, quae non multis abhinc annis prodiit in publicum studio et opera d nostri Iohannis Martianaei* [ita ille] *to I novissimae editionis operum s Hieronymi, Parisiis, anno* 1693. sequitur opus remense nobis inutile esse.

β psalterium iuxta Hebraeos a Dominico Vallarsio inter opera Hieronymi Veronae annis 1734–1742 curata editum IX 1153 seqq. de pentateuchi versione latina agens Karolus Vercellone anno 1860 in variarum lectionum vulgatae latinae bibliorum editionis tomo primo lxxxviii *quoad veronensis editionis textum* inquit, *si plures mendas a typographis additas excipias, unum idemque esse cum parisiensi* [Maurinorum] *saltem quoad pentateuchum fidenter asserimus.* quae ille de pentateucho Vallarsii dixit, ego de psalterio eiusdem dicenda habeo, nisi quod inveniuntur loci perpauci, quibus editor veronensis a Maurinis recedere ausus est: quos

locos in commentario meo inveniet qui quaesiverit. codices psalterii nostri Vallarsius habuit quatuor, editionem veterem unam: e quibus scripturae discrepantiam aliquam sed neglegentissime conlectam in adnotationibus cum legentibus communicavit: de quibus infra agam.

repetivit vallarsianam Hieronymi editionem Vallarsio mortuo bibliopola venetus Wilhelmus Zerletti annis 1766—1772, apud quem legitur psalterium nostrum volumine decimo. iam cum repetitiones adhibiturus sit nisi necessitate coactus nemo (et quae Zerlettius ab ipso veronensi editore posterioribus curis aucta et recognita esse gloriatur, perpauca sunt, in psalterio ni fallor nulla), memini me in praefatione onomasticis sacris praemissa cum excusatione Hieronymi editionem venetam a me usurpatam esse dicere: nunc cum veram vallarsianam habeam, illa uti ineptum iudicavi.

Ad psalterium iuxta Hebraeos Hieronymi recognoscendum Iohannes Martianay habuit codices decem, quos siglis *EFHKLMNOPQ* ego insignivi.

E Augustinianorum burdigalensium, a Paulo et Cornicula monachis burdigalensibus cum Maurinis communicatus.

F monasterii sancti Michaelis in periculo maris. eiusdem cum *NQ* familiae: Martianay I 926.

H sorbonicus. *triplex*, vide quae ad psalm 78 Maurini adnotaverunt.

K monasterii sancti Petri carnutensis. *correctus ab aliquo hebraicae linguae non imperito* teste Iohanne Martianay I 880.

L corbeiensis.

M memmianus, ut nomen ei a Maurinis inditum retineam, quod invitus facio, *domini de Mesmes in curia parisiensi praesidis*, nunc parisinus latinus 9380, quod ex Leopoldi Insulani inventario concludi potest. iubente Theodulfo Aurelianensium episcopo [787—821] scriptus.

N carcassonensis, de quo in prodromi pagina pene ultima anno 1690 Iohannes Martianay *scriptus est* inquit *ante octingentos annos, et, nisi me fallo, canon ipse est hebraicae veritatis, de quo ad Lucinium Beticum Hieronymus scripsit. nam testamentum vetus iuxta seriem iudaici canonis latine redditum, hoc est viginti tantum duo volumina complectitur, nihilque prorsus in eo libro habetur quod ipsissimum Hieronymum non sapiat ..... istius codicis ..... copiam mihi fecit d Vila, concedente toto canonicorum honestissimo conventu: sed eum postquam suis locis reddidi et ad perficiendam librorum omnium qui in hoc volumine continentur collationem denuo expetivi manuscriptum, rescripsit ad me domnus noster Bartholomaeus Laprade librum hunc in bibliotheca ecclesiae carcassonensis amplius non inveniri.* sed idem Martianay ad Psalm 73, 28 *exscriptor ... carcassonensis qui nulla fide est, temerarium multis in locis expertus, dum e latere adnotationes scholiastis scribendas in corpore non dubitavit.*

O sancti Germani a pratis, eiusdem cuius *MN* aetatis. *mutilus a Ps* 94 Martianay I 914.

P regius 3563, bibliothecae parisiensis maximae.

Q vaticanus 344 [Martianay I 838]. *codicis variantes collegit et Parisios ad me misit domnus Claudius Estiennot* [poterat hunc Stephanotum vocare] *congregationis nostrae procurator generalis in curia romana.* huius Stephanoti manu scripti sunt codices parisini 12442 12587 12739—12776.

horum codicum *EFHKLQ* psalterium solum continent, *MNOP* canonem, ut Maurini loquuntur, hebraicae veritatis, id est vetus testamentum eo fere ordine dispositum quo in prologo galeato Hieronymus recensuerat. nam ordinem legis sequitur ordo prophetarum, hunc excipit ordo hagiographorum: additur post hunc ordo eorum librorum qui in hebraeo canone non habentur [Sapientiae Ecclesiastici Tobi Iudith Maccabaeorum I II]. novi testamenti ordines duo sunt, evangelicus et apostolicus, ut sex ordinibus biblia absolvantur plane ut ששה סדרים operis talmudici sunt, hinc ש"ס dicti. et debebat Karolus Vercellone scripturae diversitatem in bibliis latinis obviam conquirens ab his proficisci: quae ille ne cognovisse quidem videtur, ut neque ii cognoverunt qui in Germania data opera de vulgatis bibliis locuti sunt. non quod hos canones ego ipsam Hieronymi manum continere credam, sed quod qui hos contulisset — si modo Iohannes Martianay vera rettulit — unam certam codicum familiam habiturus esset, a qua diiudicanda ad ceteras posset proficisci. quae vero ad Lucinium scripsisse dicit Hieronymum editor parisinus haec sunt, epistula 71 I 432 *bc* Vallarsii: *canonem hebraicae veritatis excepto octateucho* [alii aut *heptateucho* aut *pentateucho*], *quem nunc in manibus habeo, pueris tuis et notariis dedi describendum.* quibus verbis ea non demonstrari quae Iohannes Martianay iis demonstrari credebat, omnes vident.

venio nunc ad

S. hac ego sigla scholia insignivi, quae litera h notata in marginibus canonum suorum invenit Iohannes Martianay. de quibus ille I 837 838 *monemus* inquit *lectorem studiosum ... scholia marginalia, quae deinceps occurrunt in toto psalterio, posita esse in exemplaribus canonis hebraicae veritatis, ubi incorruptus fere servatur textus versionis Hieronymi* [Maurinus ille loquitur, non ego] *cum huius modi adnotatiunculis ad marginem. porro eadem scholia translata sunt imperitia librariorum in contextum sacrum psalmorum ita, ut in tribus antiquis mss codicibus textus mutatus inveniatur cum annotationibus marginalibus per totum psalterium. manuscripti illi sunt vaticanus bibliorum sacrorum codex num* 5729 [sic], *codex item biblicus Augustinorum burdigalensium et alter monasterii s Michaelis in periculo maris. nonnullam etiam partem scholiorum invenimus in aliis exemplaribus mss, unde in editos libros facile derivari potuerunt. nos ad fidem codicum mss vetustissimorum ac optimae notae omnia suis locis restituere curavimus.*

memini me cum Schleusingae quaestiones Hieronymi in Genesin ederem, aegerrime editionibus parisina et veronensi carere et perquam

invitum sola basileensi secunda debere contentum esse. neque antea cum Berolini viverem, ad editiones illas aditus patuerat: vide quae conquestus sum in Clementinorum graecorum praefatione 6 marg 17 marg gesammelte abhandlungen 24, 23 42 fin 189, 24 beiträge zur baktrischen lexikographie 36 fin. ita factum est ut quae Iohannes Martianay de his scholiis habet non legerim nisi Gottingae. quae legi animo laetissimo: nam probata novo argumento vidi quae in praefatione Genesi praemissa 23 indicavi, Hieronymi opera manu scioli cuiusdam iudaici corrupta esse. acutis et veritatis amantibus hominibus ea quae loco laudato dedi sufficere poterant: nunc, cum hunc scholiastam detexerim, egregiis istis oblocutoribus sua culpa incognitum, vel indoctissimum quemque rem puto concessurum esse.

Venio nunc ad testes a Vallarsio excitatos. qui quinque sunt:

χ editio anni 1496, quam bis expressis verbis laudat, saepe praemisso vocabulo *al* in margine contulit. equidem certe ea quae ita indicavit Vallarsius, sigla χ usus cum lectoribus communicavi. dolendumque est quod de χ illo nihil innotuit, nam saepe ei cum *G* meo convenire vidi. de editione Hieronymi anno 1496 publici iuris facta sine fructu consules Schoenemannum I 481, qui quae Vallarsius de ea dixit non legit.

A codex vaticanus 134.

B reginae Suecorum Christinae 11.

C eiusdem reginae 1286.

D cisterciensis *reliquis fere praestantior, olim nonantulani asceterii, nunc sanctae crucis in Ierusalem de urbe* ... 104.

Accederet ad hos codices a me ipso, a Maurinis et a Vallarsio excussis liber amiatinus, si honestum mihi visum esset editionem bibliorum veteris testamenti latinorum a Theodoro Heyse et Constantino de Tischendorf curatam expilare. quod equidem eo minus committendum duxi, quo ineptius et puerilius institutam videbam. sin ad ipsorum psalmorum examen criticum accessero, amiatino utar, in chartis meis sigla *U* notato, cui cum *R* meo maximam affinitatem intercedere supra dixi.

accederet toletanus, de quo Iosephus Blanchinus in vindiciis canonicarum scripturarum [1740] cxix, si Toletum proficisci potuissem:

accederet monacensis 18426, nisi saeculi decimi quinti esset:

accederet berolinensis latinus theologicus quadratus 24, in Hispania scriptus, si Berolini haberem quem de eo interrogarem: nam ipse vidi numquam ut nec monacensem vidi.

accederent harleiani musei britannici 613 2798 2799, oxoniensis corporis Christi 12, alii, de quibus in tabulas non rettuli.

His ita expositis dicendum restat de via, qua procedere debeat qui hanc meam psalterii huius editionem, quam incohatam, non absolutam supra dixi, velit ipsi Hieronymi manui similiorem reddere.

ac primum quidem quaerendum erit, cui codici Iohannes Martia-

nay in psalterio nostro edendo se addixerit. nam in apparatu meo persaepe $\mu\beta$ ab omnibus codicibus vides recedentes, de quorum lectione relatum est. quod quaerere nisi Lutetiae nemo poterit.

deinde canones Maurinorum perscrutandi erunt, ut quid de hac codicum familia iudicandum sit pateat.

praeterea scholiastae adnotationes omnes conligendae et examini subiciendae erunt, quod posterius facere non poterit nisi qui et adcurata linguae hebraicae scientia instructus sit et quae opiniones de singulis vocabulis hebraicis difficilioribus saeculis sexto septimo octavo valuerint perspectum habeat.

quid? quod excutienda erunt quae Hieronymus in libris suis de psalmorum locis docet, et speculum Augustini benedictinum comparari debebit, quod psalterio nostro uti notum est. neutrum nisi codicibus veteribus diligenter adhibitis fieri poterit. vide Augusti Reifferscheid bibliothecam patrum latinorum italicam 66, tübinger theologische quartalschrift 1872, 346.

his omnibus absolutis psalterium iuxta Hebraeos Hieronymi typis ita exprimendum erit, ut forma litterarum ad dexteram inclinatarum distinguantur quae Hieronymus e vetere versione in suam transsumpsit: horum enim pretium minus esse quam novorum omnes confitebuntur. huic editioni subicienda erunt Aquilae et Symmachi interpretationes ab Hieronymo probatae: nam Hieronymum non semper ex hebraeo vertisse, sed ubi res non bene procedebat, ad Aquilam et Symmachum confugisse, veteres norant, hi nostri nesciunt. quae omnia si facta erunt, psalterium hoc nostrum examini psalmorum hebraicorum critico poterit adhiberi.

Superest ut de editione psalterii ab Hieronymo ex hebraeo versi loquar, quam nuperrime Constantinus de Tischendorf curavit: quod non facio nisi ingenti taedio victo.

prodiit igitur hoc anno 1874 ineunte, Gottingam perlatus est ante diem IX Kal Februarias *liber psalmorum hebraicus atque latinus ab Hieronymo ex hebraeo conversus. consociata opera ediderunt Constantinus de Tischendorf SBaer FrDelitzsch*, in quo pagina iv haec scribit Franciscus Delitzsch: *Quisquis ipsius Hieronymi versionem* [psalterii] *cognoscere cupit, quae quidem ad historiam et textus et interpretationis plurimum valet, hic necesse est adeat vel tomum X* (1771) *operum Hieronymi a Vallarsio editorum vel t II* (1751) *operis illius, in quo Sabatarius* (*Sabatier*) *bibliorum sacrorum latinas versiones antiquas collegit. tanto maiori laetitia affectus sum, quod Constantinus de Tischendorf, vir et doctrina et ingenio in arte critica facile princeps ..... socium se Baerio mihique adiungere annuit ad conficiendum psalterium ..... assumsit igitur textum vallarsianum ... eumque collato codice amiatino ..., qui ab ipso bis editus* (1850. 54) *psalterii textum non gallicanum, sed ipsum hieronymianum continet, et ubique perpenso critico Vallarsii et Sabatarii ... apparatu acri iudicio recognovit.* ad quae dicenda haec sunt.

si Franciscus Delitzsch ei qui psalterium iuxta Hebraeos legere vellet ante Constantini sui curas vel Hieronymi vallarsiani tomum decimum anno 1771 editum vel versionum bibliorum latinarum a Petro Sabatier conlectarum volumen secundum adeundum fuisse dicit, his verbis aut psalterium illud non editum esse ante annum 1874 nisi his duobus locis dicit aut his duobus locis optime editum esse contendit. utrumque si facit, errat.

nam psalterium iuxta Hebraeos typis excriptum esse annis 1473 1496 1509 1516 1526 1693 1738 supra vidimus, cum quid siglis *γχξφμβ* indicaretur explicarem. habetur praeterea psalterium idem in editionis Hieronymi rarissimae romanae volumine VII [Schoenemann I 505: ipse numquam vidi] et in volumine Tribbechovii VIII [anni nota carente], ut taceam de repetitione romanae editionis plantiniana [1578] VII 191—222, de parisina editione Nivellii et basileensibus tribus quae erasmianam alteram sequutae sunt. legitur etiam, licet incommodissime et ineptissime dispositum, in veteris testamenti bibliis latinis Lipsiae 1873 editis, crediderimque etiam Mignium illum famosissimum apud Parisienses bibliopolam typis subiecisse librum, quem ab operibus Hieronymi abesse non posse procul dubio intellexit. et repetivit Samuel Bagster londiniensis in volumine quod *the hexaplar psalter* inscripsit. editum igitur est non bis, sed noviens deciens vel pluriens etiam.

sin optime Franciscus Delitzsch psalterium iuxta Hebraeos a vallarsianae repetitore veneto et Petro Sabatier editum contendit, fallitur. nam utrumque supra vidimus a Iohannis Martianay editione pendere.

quodsi vero a Francisco Delitzsch Constantinus de Tischendorf *vir et doctrina et ingenio in arte critica facile princeps* vocatur, iudicari id poterit ad ea quae anno 1857 exposui et anno 1866 in libro gesammelte abhandlungen 85—119 iterum edidi, atque ex ipso psalterio tischendorfiano latino prudentibus viris ridicule et absurde dictum videbitur.

nam si editionem Hieronymi venetam pro vera vallarsiana *assumsit* Constantinus de Tischendorf, quae a Vallarsio curata non est:

si non vidit Vallarsium in psalterio edendo perpaucis locis a Maurinis recessisse, omnemque emendati huius libri laudem, si modo est ulla, ad Iohannem Martianay referendam esse:

si hanc vallarsianam quam putabat quaeque revera est maurina, tumultuaria opera e codicibus neglegenter non conlatis, sed passim inspectis ab homine artis criticae imperitissimo confectam esse ignoravit:

si scripturae varietatem a Iohanne Martianay conlectam et veteres psalterii iuxta Hebraeos editiones omnino non novit:

si quae Iohannes Martianay de canonis hebraicae veritatis codicibus exposuit nec legit neque ad diiudicandam librorum manu scriptorum dignitatem adhibuit:

si vallarsianam illam suam cum codice amiatino contulit, qui psalterium hoc de quo sermo est continet, ut equidem arbitror, ab

emendatore falsatum, sin hoc placebit diffiteri, ab aliis eiusdem psalterii codicibus Lipsiam facili negotio arcessendis et procul dubio non contemnendis mirum quantum diversum:

si Petri Sabatier *apparatum perpendit*, in quo nihil omnino ad hoc psalterium pertinens habetur (nam Petrum Sabatier versiones latinas e graeco petitas conlegisse vel novicii tirones norunt):

si nescivit Petrum Sabatier, quod supra ipsius Petri Sabatier verbis probavi, perpaucis exceptis psalterium Hieronymi tertium ex editione maurina repetivisse:

si ad eum numquam perlatum est operis magni illius remensis tomum secundum editum esse anno 1743 (nisi quod de hoc etiam valent quae IBerger de Xivrey *étude sur le texte et le style du nouveau testament* [1856] 35 dixit), anno 1751 primo tantum folio novato iterum vaenum oblatum esse:

si ad Psalm 52, 7 Hilarium pictaviensem testem laudat, qui Hilarius anno 368 mortuus psalmos e graeco versos legit, Hieronymi psalterium iuxta Hebraeos anno 405 editum vidisse non potuit:

haec inquam si fecit, indoctissimum se iudiciique critici plane expertem ipse demonstravit.

hunc talem hominem qui *in arte critica principem* dicere audeat, quo nomine is vocandus sit, alii iudicabunt. nam codices invenire et publicis sumtibus edere ut gratulatione hoc, laude quadam illud non carebit, ita apud sensatos homines critici acuminis gloriam numquam pariet.

iam si codicem amiatinum a Tischendorfio bis editum scribit Franciscus Delitzsch, quem codicem *psalterii textum non gallicanum, sed ipsum hieronymianum* continere dicit, meminerimus Tischendorfium semel edidisse novum testamentum amiatini, cuius editionis utilissimae exempla cum pro more doctissimi saeculi nostri divendita non essent, anno 1854 novi testamenti amiatini editionem alteram a librario una pagella nova novum librum mentiente vaenum propositam esse, extra Lipsiam omnes novimus. verum hoc non est codicem amiatinum bis edere. psalmosque novi testamenti partem esse mihi quidem incognitum est, neque vidi psalmos in voluminibus istis annis 1850 et 1854 editis extare.

atqui mirari subit cur bibliorum illorum veteris testamenti latinorum a Theodoro Heyse edi coeptorum, a Constantino de Tischendorf absolutorum mentio hoc loco a Francisco Delitzsch iniecta non sit, nisi forte opus illud puerilius et ineptius visum est quam ut nominari ab amico posset.

His omnibus ita expositis, eo praefationis loco, qui omnium oculis maxime est expositus, ea dicam, quae ab omnibus, quotquot libro meo usuri sunt, teneri volo.

e silentio meo concludi posse in *GRW*, nisi quod e ę ae æ permista plerumque non notarim, apertos librariorum errores non receperim in apparatum nisi certas ob causas: vide etiam ad Psalm 3, 3. in

γξϙμβ orthographica quae dicuntur plerumque non curavi: *Z* in psalmis 1—25 106—151 eodem quo *GRW* modo tractatus est, nisi quod *t* pro *c* scriptam in vocabulis *mendacium fallacia* similibus in hoc numquam notavi. codicum *ABCDEFHKLMNOPQ*, item *χ* et *S* scripturas ab editoribus parisino et veronensi acceptas laudavi: quae si male notatae sunt ab illis, equidem culpa non teneor. potuit autem fieri ut in opere perquam molesto transscribens et digerens ipse erraverim: quod si factum est, apud aequos lectores excusationem in promptu habebo.

Cum litterarum ad dexteram inclinatarum copia in typographeo iam nulla sit, quae supra pagina ix med edenda erant, loco quo decebat edere non potui et nunc ita edo, ut quae auctores a me in lucem protracti scripserint et quae ipse addiderim, prudenti lectori distinguenda relinquam, non ipse distinguam. confer onomastica mea sacra I viii II 44 ac mirare et patientiam meam et divitias guelphicas.

Cum nomina litterarum hebraicarum in codicibus atque editionibus psalterii hinc inde obvia non curaverim, ne talibus cupediis lectores omnino careant, addo quae e codice quodam gothano desumpsi.

Anno 1868 cum Genesis versionem graecam veterem ederem, de codice Oxoniensium 27 frustra me quaesivisse rettuli, quem paulo post Gothae feliciter servatum inveni. est igitur codex Holmesii 27 e murbacensi gothanus membr I 17 foliorum 71 idem de quo Bernhardus de Montfaucon anno 1708 palaeographiae graecae paginis 220—223 et (qui totus a Maurino isto pendet) FAStroth anno 1782 in Eichhornii repertorium für biblische und morgenländische litteratur XI 59 egit. neuter librum vidit: ego cum diligenter conlatum ad psalterii graeci editionem adhibuerim, non septimi sed noni saeculi esse *αὐτόπτης* scio, carminaque in eo servata tria hoc loco editurus sum. in quorum tertio edendo Bernhardus de Montfaucon, amicorum suorum ignavia et inscitia deceptus, ultra versum 17 progressus non est. et fallitur vir doctissimus, si qui post versum 17 versus sequi deberent, desiderari scribit. adsunt enim in codice, sed ita evanidi, ut aegerrime neque integros legerim, certusque sum virum in legendis codicibus non exercitatum non multa visurum esse: confer reliquias iuris ecclesiastici syriacas 124, et quae de ThILamy, non legente codicem, sed librum meum repetente, ZDMG XIV 336 337 dicta sunt. permiserat quidem Wilhelmus Pertzsch potiones chemicas infundi, de quibus in libro archiv der gesellschaft für ältere deutsche geschichtskunde V 512 agi ante diem X Kal Iul 1853 me ad Granium Licinianum accessurum GFPertzius docuerat, sed vapores tantum e liquore ammonii sulphurati surgentes per brevissimum tempus ad membranam adplicavi idque sine fructu: kalio ferrocyanico et acido muriatico uti nolui: istam enim medicinam ex Ephraemi codice parisino nunc caeruleo et Friderici Koehler conlegae berolinensis doctrina sciebam periculosam esse,

nisi quis singulas membranas e compage solutas statim post adhibita chemica aqua pura lavare posset. codex autem compactus in manibus erat. accedebat quod iam Calmeti tempore litteras aqua infusa dilutas esse unicuique constare debebat: litteras vero ita dilutas potionibus istis ad pristinam formam reductum non iri non poterat me fugere. contenti igitur esse debebunt qui haec legent eis quae oculis meis rimatus sum, postuloque ut plus mihi quam Bernhardo de Montfaucon fidei habeatur.

A = prima, B = secunda, C = tertia manus: scripturae signo non distinctae codicis ipsius sunt a me edente mutatae.

1

υψυλος κυριος δυνατος φυλοστοργος αμωμος
δος μοι νυν συνεσειν και μου το στωμα πλιρωσον
πνευματος οσυου βασιλευε χριστε λιτρωτα
αυτοκρατορ θελημα αγιον εχχεον εις ιμας
οπως αν μαθω αψευδως σου ρηματα λαλειν
καταριησε θεε μελετην μου και καθαρησον
ιδου πτοχος εδυμον αμαθις αμνημον αχρισιος
αλλα κατευθυνον ημων καρδιαν ανωθεν
προς σε κραζο πενις σωσον με και ακουσον
αινο θεον υπευθυνος σωζονια λιτουργος
σοι παραθω πιστην αει και πραγματα παντα
παντοκρατορ σοτιρηα θεου χηρ δοξα σοφια
συ λαους παντας δια παντος διατιρησεις

2

Οροθεσια και εκθεσις γραμματον εβραεικον.
Adam, primus homo, doctrinam commouet aleph.
Beth domus exprimitur, signans *σχηνωμα* piorum.
Gemel sermonum retinet *πληρομα* datorum.
Deleth sumptus aqua tabularum *υποδιγμα* restaurat.
He, quod gramma sonat, *ρομαεισι* dicitur ista.
Uau *κεφαλη* costat machabei codicis ecce et.

1—13 versio adest latina inter versus prima manu scripta ex qua id unum adscribo *εδυμον* 7 esse *αιδημων* verecundus | 1 κ̄ς | 1 *φυλστοργος* A | 2 *συνεσεν* A | 2 *πλιροσιν* A | 3 *χρε* | 3 *διτρωτα* | 4 *δυτοκρατορ* | 4 *εχεον* | 5 *οπωσαν* | 5 *αψευδος* A | 5 *λαλιν* A | 6 *καθαρη σον* | 7 *αμαθεις* B | 7 *αμμηνον* A | 7 *αχρισιος* | 8 *η μων* A | 9 *κραξο* | 10 *θν̄* | 11 *παραραθω* A | 12 *θῡ* | 13 *σου* A | 13 *λαλους* | 13 *διατιρησαις* A | 0 *οροθεσεια* B | 1 aleph ex אלף Prov 22, 25 | 2 beht B | 2 non *σκηνωμα* | 3 *πλήρωμα* per derivatum aliquod radicis גמל expressum umquam esse dubito | 4 deleth a דלה Prov 20, 5 ductum Mosem Exod 2, 10 significat: qui Exod 34, 1 seqq tabulas legis restaurat | 5 *γράμμα* (Latinorum scripulus) *ε* ad sinistram versa indicari solebat. *ῥωμαϊστὶ* = graece, nam ista = *ἡ* | 6 *κεφααη* codex. versum non intellego

Zai dupliciter uocitatur, et hęc et oliua.
Heth uitam *θανατου* uictorum predicat in qua.
Teth. bonum opus merito muneratio larga sequetur.
Ioth bene principium est, bis quino *ρηματε* lex est.
Kaphtê *χηρ* decimam post littera prima caraxat.
Lamed amen disciplinam recitare uidetur.
Mem sonat ex ipsis, mandatis scilicet almis.
Nun plane ęternum uero *προσταγματε* lampat.
Samech enim auxilium nostro sermone uocatur.
Ain. *οφθαλμος πηγη* et iudeus sermo recludit.
Fe. felix fulget doctorum *στωμα*, quod est ós.
Sade iustificatorum *δικεωμα* relucet.
Koph electorum est sincera uocatio dicta.
Res, *κεφαλη*, caput: en sunt hae tres ordine linguę.
Sen dentes replicat, quos grecus dicit *οδοντες*.
Tau signum *σταυρου* uel consummatio fertur.
Haec elementa bis undeno conscripta tenore
Si fuerint, sociata uelut pia poscit amusis,
Ordine proficuo septenum stema relucet,
Quod capiti xpo cunctorum conuenit atque
Ecclesiae natis, quos sanguis purgat amomi,
Ante creaturam noti [sic], persimplicis agni.
Hos nunc uersiculos annorum dedicat ordo
Quo baptizari uoluit sine *πτεγματε* xpc.

3

καταλογος γραμματον ελλινον

Quattuor his nunc uersiculis perpende, magister,
Tres in personis unum in deitate potentem.
α alfa patrem signat, quoniam caput esse uidetur.
β beta patris genitum aeterna ratione figurat.
γ gamma simul certe depingit *πνευμα* beatum

7 zaï versus requirit, sed זה *ζαι* = ze. oliva זית = ⲍⲱⲓⲧ = *ζῆτα* | 10 constitutiones apostolorum [de quorum patria et aetate vide me GGA 1871, 526] II 25 p 53, 24 25 editionis meae *ἰῶτα ὅπερ ἐστὶν ἀρχὴ ὀνόματος Ἰησοῦ* = Didascalia 36, 9: cf Didascaliam 89, 13. hinc Raschi ad Genes 2, 4 in nupera editione berolinensi ab indocto editore mutilatus et e codicibus veteribus supplendus והעולם הכל נברא ביוד. contra he = ½ iodh. onomastica sacra I 206, 74 seqq conlatis GGA 1871, 1600: ubi *ηθπ* in *ηθ* ח et *ηπ* in *η* ה mutandum esse docui. cf Petrum Galatinum III 9 | 11 *χεὶρ* scribendum = כף | 12 למד = disciplina non extat | 13 מהם | 15 sameth codex. סמך = auxilium non extat | 16 = ain et oculus et fons apud Hebraeos | 28 per simplicis codex | 29 Luc 3, 23 | 30 sequitur bis scriptum *τετελεστε εργον ενγραπτον* | o *ελλινων* B

δ delta trium personarum communicat agmen.
ε eleimon mundi custos, miserator et orbis,
ζ ζωην anthropis iustis concesserat almam.
η ηια quidem uitas socias tres iungit et aptat.
ϑ ϑeta gerit signum mortis, quo uita triumphat.
ι ioth dex xpc legis qui conditor extat.
κ kappa bis endenos [sic] sibi uendicat arte pelasga.
λ lauta ter et decadem summis gestare probatus.
μ my cosmo horrendum cataclismum fudit auito.
ν ny summam annorum iubelei format amati.
ξ ξει gradum uiduae moderatur rite secundum.
ο o proprio caeli determinat orbe figuram.
π πε fidei atque operis speciem confirmat anothen.
ρ ρ dextr meminit leuamque refutat.
σ σιγμα σηρ saluat qui cuncta creata.
τ ion, quo creditur esse redemptus.
υ notulis uitam manifestam.
φ φυ. genus humanum filaxon, ktismatis auctor.
χ χris perfusum mereatur regna polorum.
ψ ψ geminos apices ego litera sola rependo.
ω ω finis perfecta iugans et iuncta resoluens.

Iohannes Martianay e codice psalterii nostri carnutensi (K), quem perantiquum vocat, in appendicula edidit psalmi 2 partem et psalmum 45 integrum hebraice litteris latinis scriptum: quos psalmos si hoc loco repeterem, gratum me lectoribus facturum putabam.

[8] Saal mimenni veethna goim nahelathecha vaaHuzadcha afSe arez. [9] Teroaem besevet barzel ki chli jocer tenapecem. [10] Vaatta malachim hazkilu hiveSru softe arez. [11] Aivedu eth adn̄ birea vegilu bireada. [12] Nascu bar pen jeanaf vethovedu derech. Ki jivear ki maat apo asre col Hose bo.

[2] RaHas libbi davar tov omer ani mAsai lamelech. LeSoni At sofer mahir. [3] Jafjafitha mibne Adam hutcak Hen besifethothecha alken berachecha elohim LAolam. [4] Hagor Harbacha al jerech gibbor. Hodecha va hedarecha [5] vahedarcha celaH rechav. al devar emeth va anneva cedek vethorecha noraoth jeminecha. [6] Heitcecha senunim Amim taHathecha gippolu bleve ojve hamelech. [7] KiSacha elohim Aolam va ed sevet misor sevet malchuthecha. [8] Ahavta cedek va tisena resa alken mesaHcha elohim elohecha semen SaSon me Haverecha. [9] Mor va haloth kciaoth col begethotheca min hecle sen minni simmehucha [10] bnoth malachim bicrothecha. Niceva segal liminecha beche-

11 iudex Montfaucon | 14 fundit A | 15 ν = 50 | 15 amata A, correxit C | 16 ξει incertus lego. cf constitutt apostolorum III 1 | 23 filazon B? scr φύλαξον

temme ofir. [11]Simai bath urei vatheti azenech vesichi ammech u veth avich. [12]Vithave hammélech iafiech ki hu adonaich vehistaHavi lo. [13]Uvath cor beminehá [sic] panaich jaHallu Asire Ame. [14]Col kevudda bath mélech pníma mimisbcot zahad [sic] levusa. [15]lirKamoth tuval lamélech bethulóth ahreha reotheha muvaoth lach. [16]Tuvalna bisemahod vagil tevoenna behechal melech. [17]taHad avothecha jihiju baanecha tesitémo lesarim bechol arez. [18]azKira simecha bechol dor vador. Alchen amime jehoducha laolam vaheth.

Quo tempore praefatio typis excribebatur, litterae viri doctissimi Iohannis Gildemeister ad me adlatae sunt, Bonna a d V Kal Apriles scriptae, quibus de psalmo 45 me monebat ab AMaio in novae bibilothecae patrum VII 2, 312 [e Ludovici Burbonii Lucae principis codice] edito. hunc operi critico, quod de psalterio proximo anno post iter parisinum absolutum edere cogito, reservassem: videbatur enim ad testem S [supra vii] pertinere: verum cum paginula vacua supersit, vel nunc ex editione maiana repeto. in quo si caballicare pro רכב usurpatur, Gallia interpretis Hieronymum emendantis patria videatur: nam caballicare = chevaucher.

[2]Frequentat cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. [3]pulcrior es filiis Adam, effusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in saeculum. [4]accingere gladio tuo super femur, potentissime, dignitate et decoritate tua. [5]et decoritate tua prospere caballica per verbum veritosum et mansuetudine iustitiae, et docebit te terribiliter dextera tua. [6]sagittae tuae acutae (populi sub te cadent) in corde inimicorum regis. [7]thronus tuus, deus, in saeculum et in aeternum: sceptrum aequitatis sceptrum regni tui. [8]dilexisti iustitiam et odisti impietatem: propterea unxit te deus, deus tuus, oleo gaudii prae sociis tuis. [9]smyrna et aloë et casia in cunctis vestimentis tuis: de templis eburneis Menni laetificaverunt te [10]filiae regum in honore tuo: stetit coniunx in dextera tua in petalo Ophyr. [11]audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum et domum patris tui. [12]et desideret rex pulcritudinem tuam: quoniam ipse est dominus tuus, et adora eum. [13]et filia Tyri, in muneribus faciem tuam deprecabuntur divites populi. [14]omnis honorata filia regis intrinsecus: de fimbriis aureis indumentum eius. [15]in deomatis [recamatis corr Mai] adducentur ad regem virgines post eam, proximae eius adductae sunt tibi. [16]ducentur in laetitia et exultatione, venient in templum regis. [17]pro patribus tuis erant filii tibi: pones eos principes in tota terra. [18]recordabor nominis tui in omni generatione et generatione. propterea populi consitebuntur [sic] te in saeculum et in aeternum.

Eusebius Hieronymus Sophronio suo S.

Scio quosdam putare psalterium in quinque libros esse divisum, ut ubicumque apud LXX interpretes scriptum est *γένοιτο γένοιτο*, id est *fiat fiat*, finis librorum sit pro eo quod in hebraeo legitur *amen amen*: nos Hebraeorum auctoritatem secuti et maxime apostolorum, qui semper in novo testamento psalmorum librum nominant, unum volumen adserimus, psalmos quoque omnes eorum testamur auctorum, qui ponuntur in titulis, David scilicet, Asaph et Idithun, filiorum Core, Eman Ezrahitae, Moysi et Salomonis et reliquorum, quos Ezras uno

1 *praemittunt* incipit praefatio s eusebii hieronymi in librum psalmorum iuxta hebraicam veritatem $\beta\mu$, *nisi quod* $\mu >$ eusebii: prologus beati ieronimi presbiteri in psalterium quod ipse de hebraico transtulit in latinum γ: prologus beati hieronymi in psalterium hebraicum id est quod secundum veritatem traduxit hebraicam ad petitionem sophronii ξ: divi hieronymi in psalmos iuxta hebraicam veritatem ad sophronium praefatio φ: incipit prologus beati hieronimi in psalterium iuxta hebreos quod ipse transtulit in latinum *GW*, *nisi quod* hieromimi *et* hebraeos *W*: *manu saeculi decimi quinti* psalterium beati ieronimi secundum hebraicam veritatem translatum *R* | 1—53 > *MNOP*, *qui alium prologum a verbis* in hebraeo libro psalmorum *incipientem substituunt* | 1 > $\xi\varphi$ | 1 Eusebius > *R* | 1 ieronimus γ, hieronimus *GRWZ* | 1 soffronio $\gamma GRWZ$ | 1 salutem $\gamma GRWZ$ | 3 ut > *R* | 3 apud LXX interpretes > γ | 3 septuaginta $\beta\mu\varphi$ | 3 interpraetes *R* | 4 *γενοιτο γενοιτο* id est > γ | 4 *γενοιτο γενοιτο* $GWZ\beta\mu\xi\varphi$, renoto tenoto *RU* | 4 fines *W* | 4 eo quod $\gamma AGWZ$, quo $\beta\mu\xi\varphi R$ | 5 nos — 19 nam > γ, *sed verba* psalmos 7 — comprehendit 11 *versu* 53 *finito habet*, 18 sed —19 commutabitur *post* ostendit 22 | 5 *post* nos + autem $\beta\mu\xi\varphi R$ | 6 sequuti *R* | 7 unum asserimus psalmorum volumen psalmos φ | 7 asserimus *GWZ* | 8 quoque > φ, que χ | 8 testantur *GWZ* | 9 asaph $\beta\gamma\mu\xi\varphi GWZ$, et assaph *R* | 8 ydithim γ, iditum ξ | 9 chori γ, corae ξ, chore *GWZ*, chorae *R* | 9 emam *R* | 10 ezraite *GWZ*, aegrahitae *R*, ebraice γ, israelitae χ | 10 mosi $\beta\mu$ | 10 solomonis φWZ^1 | 10 esdras $\gamma\varphi$, ezdras ξ, ezthara *R*, eszras *Z* | 10 primo $\xi\varphi\chi$

volumine conprehendit. si enim *amen*, pro quo Aquila transtulit *πεπιστωμένως*, in fine tantum modo librorum ponitur et non interdum aut in exordio aut in calce sermonis sive sententiae, numquam salvator in evangelio loqueretur *amen amen dico vobis* et Pauli epistulae in medio illud opere continerent, Moyses quoque et Hieremias et ceteri in hunc modum multos haberent libros, qui in mediis voluminibus suis *amen* frequenter interserunt. sed et numerus XXII hebraicorum librorum et mysterium eiusdem numeri commutabitur. nam et titulus ipse hebraicus *sephar tallim*, quod interpretatur *volumen hymnorum*, apostolicae auctoritati congruens non plures libros, sed unum volumen ostendit. quia igitur nuper cum Hebraeo disputans, quaedam pro domino salvatore de psalmis testimonia protulisti, volensque ille te eludere per sermones pene singulos asserebat non ita haberi in hebraeo ut tu de LXX interpre-

14 Ioh 1,52 cett | 15 Rom 1,25 cett | 16 Num 5,22 Deut 27,15 seqq | 16 Ierem 11,5 28,6 | 16 Regn III 1,36 Paral I 16,36 Esdr II 5,13 8,6 Isa 65,16

11 comprehendit *G*, cōprehendit *W*, c̄prehendit *Z* | 11 *post* amen + amen *ξ*, + fideliter *R* | 11 aqulla *Z* | 12 *πεπιστωοωμενως Z*, *πεπιστομενως Erasmus*, *γενοιτο γενοιτο* id est fiat fiat *ξ*, nesicta nento *R*: *post πεπιστωμενως* + nec sic tanent *A* | 12 finem *R* | 12 modo > *R* | 12 ponitur *AGRWZ*, poneretur *βμξφ* | 13 non > *WZ* | 14/15 sentiae *W* | 14 nunquam *G*, nūquā *W* | 14 *ante* salvator + et *βμR* | 15 et *βμξGRWZ*, nec *φ* | 15 epistolae *βμξφGRWZ* | 15 contenerent *R*, non continerent *ξ* | 16 moses *βμ* | 16 ieremias *βμ* | 18 intersererent *R* | 18 et *prius* > *Z*, *post* et + si plures libri essent *γ* (*vide ad* 5 *et* 22) | 18 numeros *GWZ*, *post* numerus + ipse *γ* | 18 viginti duorum *βγμξφ* | 18 haebraeicorum librorum *R*, librorum hebraicorum *ξφ* | 19 misterium *γZ* | 19 conmotabitur *R*, commutaretur *γ* | 19 nam > *γ* | 19 et *βμξφGRWZ*, sed *γ* | 20 haebraeicus *R* | 20 sepheratalim *H*, sephear theallim *R*, sephartalim *Z*, sephar thallim *βμ*, sepharcalbin *γ*, sepher thehilim *ξ*, sepher tehillim ספר תהלים *φ* | 20 interpraetatur *R* | 20 ymnorum *γGWZ* | 21 apostolicae auctoritati congruens > *γ* | 21 augtoritati *W* | 22 *post* ostendit + sed et si plures libri essent, numerus ipse viginti duorum hebraicorum librorum et misterium eiusdem numeri commutaretur *γ* | 22 igitur *βμξφGRWZ*, ergo *γ* | 22 nuper cum hebraeo *βμξ*, nuper cum hebreo *γGWZ*, nunc cum hebraeo *φ*, cum hębraeo nuper *R* | 24 volens *γ* | 24 ille > *φ* | 24 eludere *AGRWZ unus reginae*, illudere *βγμξφ* | 24 per — 25 haberi > *R* | 25 habere *γ* | 25 hębreo *WZ*^{2}, hębraieo *Z*^{1} | 25 septuaginta *βμφ* | 25/26 interpraetibus *R*, interpręti bus *W*

tibus obponebas, studiosissime postulasti, ut post Aquilam Symmachum et Theodotionem novam editionem latino sermone transferrem. aiebas enim te magis interpretum varietate turbari, et amore quo laberis vel translatione vel iudicio meo esse contentum. unde inpulsus a te, cui et quae non possum debeo, rursum me obtrectatorum latratibus tradidi maluique te vires potius meas quam voluntatem in amicitia quaerere. certe confidenter dicam (et multos huius operis testes citabo) me nihil dumtaxat scientem de hebraica veritate mutasse. sicubi ergo editio mea a veteribus discreparit, interroga quem libet Hebraeorum, et liquido pervidebis me ab aemulis frustra lacerari, qui vel invidia vel supercilio malunt contemnere videri praeclara quam discere, perversissimi homines, et de turbulento magis rivo quam de purissimo fonte potari. nam cum semper novas expetant voluptates, et gulae eorum vicina maria non sufficiant, cur in solo studio scripturarum veteri sapore contenti sunt? nec hoc dico quo praecessores meos mordeam aut quicquam de his arbitrer detrahendum, quorum translationem diligentissime emendatam olim meae linguae hominibus dederim, sed quod aliud sit in ecclesiis Christo credentium psalmos legere, aliud Iudaeis calumniantibus singula verba respondere. quod opusculum meum si in graecum,

26 opponebas *GWZ* | 27 simacum *γ*, simmachum *GRWZ*, et symmachum *βμξφ* | 27 ęditionem *GWZ*, aeditionem *R* | 29 amorem tuum *ξφχ* | 30 impulsus *GWZ* | 30/31 cui et quae non possum debeo *γAGWZ nisi quod* que *γ*, cui et quae non possum negare non possum *BR*, cui et quae possum debeo et quae non possum *βξφC editio anni* 1496, cui et quae possum negare non possum *μ* | 31 obtrectatorem *γ* | 31 malluique *R* | 32 meas potius *γWZ* (-ci- *γ*) | 32 amicitiam *R* | 32 requirere *φ* | 33 testes > G^1 | 34 scientem *βγμGRWZ*, sententiae *ξφ editio anni* 1496 | 34 hebraeica *R* | 35 aeditio *GRW* | 35 discrepaverit *R*, discrepatit *W*, discrepat *γZ* | 36 hebreorum *GWZ*, hębraeorum *R* | 36 fraustra *R* | 37 laniari *F* | 37 vel invidia vel supercilio *F*, > *βγμξφGRWZ* | 37 mallunt *R* | 37 contempnere *GRWZ* | 38 videre *γ* | 38 et — 39 potari *F*, > *βγμξφGRWZ* | 40 expectant voluntates *GWZ*, expetant voluntates *R* | 42 sint *R* | 42 quod *γWZ* | 42 praedecessores *μφ*, *testibus βμ contra librorum fidem* | 43 *inde a syllaba altera vocis* quicquam *usque ad* 44 meae *omnia pumice deleta in R* | 43 de his *βμGWZ*, de hiis *γ*, his *φ*, ab iis *ξ* | 43 arbitror *γ*, arbiter G^1W | 44 diligenter *Z* | 45 in > W^2Z | 46/47 singula verba calumniantibus *βμξφ*

ut polliceris, transtuleris (*ἀντιφιλονεικῶν τοῖς διασύρουσιν*) et imperitiae meae doctissimos viros quoque testes facere volueris, dicam tibi illud horatianum *in silvam ne ligna feras.* nisi 50
quod hoc habebo solamen, si in labore communi intellegam mihi vel laudem vel vituperationem tecum esse communem. valere te cupio in domino Iesu et meminisse mei.

1

1 Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum et in via peccatorum non stetit et in cathedra derisorum non sedit: 2 sed in lege domini voluntas eius, et in lege eius meditabitur die ac nocte. 3 et erit tamquam arbor transplantata iuxta rivulos aquarum, quae fructum suum dabit in tempore suo et folium eius non defluet et omne quod fecerit prosperabitur. 4 non sic impii, sed tamquam pulvis, quem proicit ventus. 5 propterea non resurgunt impii in iudicio neque peccatores in congregatione iustorum. 6 quoniam novit dominus viam iustorum, et iter impiorum peribit.

50 Horat sermon I 10,34

48 *quae post* transtuleris *in praefatione leguntur, folio excisso perierunt in Z* | 48 *ἀντιφιλονείκων τοῖς κατασύρουσιν Vallarsi, αντιφιλονικον τοις διασυρουσιν GW, αντιφιονι* BAUUTOCAſpo *cin* id est *R, αντιφλονικωντοβλιλ συρουσιν addita ι super λ prima et* ic *super beta B, αντιφιλονικον τοισαια συρουσιν D, αντιφαονικων τοβαια συρουσιν vetustiora exemplaria Benedictinorum,* > *γμξφHQ. ἀντὶ φοινίκων τὰ βάτα σύρουσι videre sibi visi erant IMartianay in adnotationibus, IClericus in artis criticae* III 1,14 | 48 et — 49/50 volueris > *γ* | 49 quoque viros *βμ*, quosque viros *ξφχ* | 49/50 volueris > *GRW* | 50 oratianum *ξW*, orationum *R*, oracii *γ* | 50 feres *γ* | 51 solamen habeo *W*, solamen habeo qui *γ* | 51 si in *βγμξφGR*, sin *W* | 51 communi *βμξφGRW*, qm̄ *γ* | 51 intelligam *W* | 53 et laudem et *βμξφ* | 53 *γGRW*, valere te in domino iesu cupio et meminisse mei *βμ* (*ubi* iesu > *χ*), vale *φ*, vale in christo cupio te meminisse mei *ξ*, vale in domino iesu cupio te meminisse mei *PL*, vive in domino iesu *etc* [*sic*] *Q* | 53 *exeuntem excipiunt in γ quae inter* psalmos 7 et conprehendit 11 *supra intersunt, sequitur in W manu coaeva* ave maris stella *cett* | 1 *praemittit* psalmus david de ioseph dicit qui corpus christi sepelivit *R* | 1 et *alterum* > *γξRWZ* | 1 dirisorum *R* | 2 *post* domini + fuit *D* | 2 arbor transplantata .... quae *DG*, lignum transplantatum .... quod *βγμξφRWZ* | 3 rivulos *ξφBGRSWZ*, rimulos *γ*, rivos *βμ* | 3 fluet *χ* | 3 faciet *γφWZ*^{1} | 4 *post* impii + non sic *γWZ*^{1} | 4 proicit *γGZ*^{1}, proiecit *RWZ*^{2}, *praesens βμξφ* | 4 *fin* + a facie terre *γ* | 5 propter ea *GR ni fallor semper* | 5 resurgent *βμφZ*^{2} | 6 dominus > *γ* | 6 iter *γφχGRWZ*^{1}, via *βμξZ*^{2}

2

[1]Quare turbabuntur gentes, et tribus meditabuntur inania? 2
[2]consurgent reges terrae, et principes tractabunt pariter, adversus dominum et adversus Christum eius. [3]„disrumpamus vincula eorum, et proiciamus a nobis laqueos eorum“. [4]habitator caeli ridebit, dominus subsannabit eos. [5]tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos: [6]„ego autem orditus sum regem meum super Sion montem sanctum suum“. [7]adnuntiabo dei praeceptum „dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. [8]postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae. [9]pasces eos in virga ferrea, ut vas figuli conteres eos“. [10]nunc ergo, reges, intellegite, erudimini, iudices terrae. [11]servite domino in timore et exultate ei cum tremore. [12]adorate pure, ne forte irascatur et pereatis de via. cum exarserit post paululum furor eius, beati omnes qui sperant in eum.

3

[1]Canticum David, cum fugeret a facie Absalon filii sui. 3
[2]Domine, quare multiplicati sunt hostes mei? multi consurgunt adversum me, [3]multi dicunt animae meae „non est salus huic in deo“. SEMPER. [4]tu autem, domine, clipeus circa me, gloria mea et exaltans caput meum. [5]voce mea ad dominum clamabo, et exaudiet me de monte sancto suo.

1 *praemittit* psalmus david legendus ad evangelium luce vox patris ad christum et apostolorum et christi ad caput scribendum increpatio potestatum *R* | 1 turbabuntur *γξφABCDGRSWZ*, turbantur *βμ* | 1 *ad* tribus *S* plebes | 2 pariter > *γ* | 2 *utroque loco* adversum *φR* | 2 *fin* + semper *R* | 3 dirumpamus *ξφ* | 3 proieciamus *R* | 3 a nobis > Z^2 | 4 subsanabit *γ*, subsannavit *R* | 5 *fin* eos > *γ* | 6 orditus sum *βμ*Z^2, ordinatus sum *γGWZ*^{1}, orditus ordinatus sum *R*, ordinavi *φ*, unxi *ξABCDS* | 6 *fin* suum *γABCDGRW*, meum *βμξφ*, > *Z* | 7 *ad* adnuntiabo *S* narrabo | 9 et vas *R*, *sed* et *prima manu in litura* | 11 ei *γDG*, > *βμξφRWZ*^{2} | 11 cum tremore *GZ*^{1}, in tremore *βγμξφRWZ*^{2} | 12 pure *βμξφGRWZ*, pueri *γ* | 12 periatis *γ* | 12 paulolum *W* | 12 *fin* in eo *ξZ* | 1 canticum *DGWZ*, psalmus *βμξφR*, cantavit *γ* | 1 fugit *γ* | 1 absolon *γ*, absalom *μ*, absalō *ξ*, absolom *φ*, abessalon *B*, abysalon *R* | 1 *fin* + vox christi ad patrem de iudaeis dicit *R* | 2 quare multiplicati *βγμξφGRWZ*, quid grandes *D* | 2 adversus *ξ*, contra *χ* | 3 semper *omnibus locis nisi ubi contrarium docebo* > *γWZ*: *eius loco* sela *initio libri ξ*, *qui mox* > | 4 clepeus *R*

SEMPER. [6]ego dormivi et soporatus sum: evigilavi, quia dominus sustentavit me. [7]non timebo milia populi quae circumdederunt me. [8]surge, domine: salvum me fac, deus meus: quia percussisti omnium inimicorum meorum maxillam, dentes impiorum confregisti. [9]domini est salus: super populum tuum benedictio tua. SEMPER.

4

4 [1]Victori in psalmis, canticum David. [2]Invocantem exaudi me, deus iustitiae meae: in tribulatione dilatasti mihi. miserere mei et exaudi orationem meam. [3]filii viri, usque quo? incliti mei, ignominiose diligitis vanitatem, quaerentes mendacium. SEMPER. [4]et cognoscite quoniam mirabilem reddidit dominus sanctum suum: dominus exaudiet, cum clamavero ad eum. [5]irascimini, et nolite peccare: loquimini in cordibus vestris super cubilia vestra, et tacete. SEMPER. [6]sacrificate sacrificium iustitiae, et fidite in domino. [7]multi dicunt „quis ostendit nobis bonum?“. leva super nos lucem vultus tui, domine. [8]dedisti laetitiam in corde meo: in tempore frumentum et vinum eorum multiplicata sunt. [9]in pace simul requiescam et dormiam, quia tu, domine, specialiter securum habitare fecisti me.

5

5 [1]Victori pro hereditatibus, canticum. [2]Verba mea au-

6 et vigilavi $\gamma\varphi GWRZ^1$ | 7 quae $\beta\mu G$, que Z^2, qui $\gamma\xi\varphi RWZ^1$ | 8 exurge Z^1 | 8 *post* quia + tu ξ | 8 suorum γ | 8 maxillam $> \gamma RWZ^1$ | 9 *ante* super + et Z^1 | 9 tuum $> D$ | 9 benedictio tua $> C$ | 9 semper $> R^1$, *fortasse a scholiasta additum, de quo in praefatione dixi* | 1 psalmis canticum $\beta\mu GWZ$, canticis psalmus $\xi\varphi$, psalmis cantavit γ: psalmus *pro* canticum S, *verum* psalmis psalmus *voluisse is non poterat* | 1 *in* R in finem in carminibus, psalmus david profeta increpat iudaeos | 2 invocantem G, invocantem me $\beta\gamma\mu\xi\varphi WZ$, invocante me R | 2 exaudisti $\gamma\xi\varphi RWZ^1$ | 2 tributione R | 2 dilatasti me Z^2 | 3 fili γ | 3 *ad* incliti mei S gloria mea | 4 reddit γ, reddet χRWZ | 4 sanctum $\beta\gamma\mu\varphi GRWZ$, misericordem ξS | 4 clavero R | 5 loquemini R, loquimimini Z | 5 et tacete $\beta\mu\xi\varphi G$, tacite γRWZ^1, et tacite Z^2 | 6 sacrificia φ | 6 fidete γRWZ^1 | 7 bona Z^1 | 7 lumen γZ^1 | 7 wltus γ | 8 suo Z^1 | 8 in tempore $\gamma\xi\varphi GRWZ^1$ *tres codices Vallarsii*, a tempore $\beta\mu Z^2$ | 8 *post* frumentum + eorum φ | 1 pro $\gamma\varphi GWZ$ *tres codices Vallarsii*, super $\beta\mu\xi$ | 1 canticum $DGWZ$, canticum david $\beta\mu$, cantavit david γ, psalmus david $\xi\varphi$: *ad* canticum S psalmus | 1 *apud* R in finem pro his qui hereditatem consequuntur psalmus david christus ad patrem dicit | 2 auri-

ribus percipe, domine: intellege murmur meum, [3]rex meus et deus meus: quia te deprecor, domine. [4]mane audies vocem meam, mane praeparabor ad te et contemplabor: [5]quoniam non deus volens iniquitatem tu, nec habitabit iuxta te malignus: [6]non stabunt iniqui in conspectu oculorum tuorum, odisti omnes operantes iniquitatem: [7]perdes loquentes mendacium: virum sanguinum et dolosum abominaberis, domine. [8]ego autem in multitudine misericordiae tuae introibo domum tuam, adorabo in templo sancto tuo in timore tuo. [9]domine, deduc me in iustitia tua propter insidiatores meos, dirige ante faciem meam viam tuam. [10]non est enim in ore eorum rectum: interiora eorum insidiae: sepulchrum patens guttur eorum: linguam suam levificant. [11]condemna eos, deus: decidant a consiliis suis: iuxta multitudinem scelerum eorum expelle eos, quoniam provocaverunt te, domine. [12]et laetentur omnes qui sperant in te: in perpetuum laudabunt, et proteges eos: et laetabuntur in te qui diligunt nomen tuum. [13]quia tu benedices iusto: domine, ut scuto placabilitatis coronabis eum.

6

[1]Victori in psalmis super octava, canticum David. [2]Do- 6

bus percipe *βμGMNOP*, audi *γξφCEFHKLQRWZ* | 2 intellige *WZ* | 2 *ad* murmur meum *S* meditationem meam | 3 *ante* rex + adverte ad vocem clamoris mei *βμφ*, + intende voci clamoris mei *ξ*, + intende voci orationis meae *D*, *contra γBGRWZ*, *nisi quod in Z ante* rex *rasura* 24 *circiter litterarum capax* | 3 quoniam ad te deprecor *ξ* | 3 quia *cett cum sequentibus iungunt γGRWZ*, *qui mox* mane praeparabor *alterius commatis initium habent* | 3 domine *ad initium* 4 *trahunt βμξφ* | 4 propriabor *γ* | 4 *fin* + et sperabo *D* | 5 *init* quia *γ* | 5 *ad* iniquitatem *S* impietatem | 5 *post* tu + es *γBDZ*[2] | 5 ne habitabit *WZ*[1] | 6 conspectum *γ* | 7 abhominaberis domine *γ*, abominaveris domine *R*, abominabitur dominus *βμξφZ*[2]— 8 misericordiae > *γ* | 8 *ante* domum + in *ξφχR* | 8 ad templum sanctum tuum *φ* | 9 *ad* insidiatores *S* decantatores | 10 *pro* rectum *γ* veritas respectu | 10 *post* interiora + ora *R* | 10 levificant *γφABCDGRWZ*[1], lęvificant *ξ*, lenificant *βμZ*[2] | 11 contempna *γ*, condempna *G* | 11 domine > *βμξφZ*[2], deus *χ* | 12 *ad* in perpetuum *S* in saeculum | 12 *stichi finem facit G in voce* perpetuum, *βμφWZ in voce* laudabunt: *γR non distinguunt* | 12 et *secundum* > *γφWZ* | 13 quoniam *γφWZ* | 13 benedicis *Z*[2] | 13 domine *ad stichum alterum trahunt βμξφGW*, *ad priorem trahit γ*, *RZ non interpungunt* | 13 *ad* scuto *S* hasta | 13 *post* scuto + bone *γ* | 1 psalmis *βγμGWZ*, canticis *ξφ* | 1 octavo *γ* | 1 canticum *βγμGWZ*, psalmus *ξφS* | 1 *apud*

mine, ne in furore tuo arguas me neque in ira tua corripias me. [3]miserere mei, domine, quoniam infirmus sum: sana me, domine, quoniam conturbata sunt ossa mea [4]et anima mea turbata est valde: et tu, domine, usque quo? [5]revertere, domine, erue animam meam: salva me propter misericordiam tuam. [6]quoniam non est in morte recordatio tui: in inferno quis confitebitur tibi? [7]laboravi in gemitu meo: natare faciam tota nocte lectulum meum: lacrimis meis stratum meum rigabo. [8]caligavit prae amaritudine oculus meus: consumptus sum ab universis hostibus meis. [9]recedite a me, omnes qui operamini iniquitatem, quia audivit dominus vocem fletus mei. [10]audivit dominus deprecationem meam, dominus orationem meam suscipiet. [11]confundantur et conturbentur vehementer omnes inimici mei, revertantur et confundantur subito.

7

7 [1]Pro ignoratione David quod cecinit domino super verbis Aethiopis filii Iemini. [2]Domine deus meus, in te speravi: salva me ab omnibus persequentibus me et libera me, [3]ne forte capiat ut leo animam meam, laceret et non sit qui eruat. [4]domine deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, [5]si reddidi retribuentibus mihi malum et dimisi hostes meos vacuos, [6]persequatur inimicus animam meam et adprehendat, et conculcet in terra vitam meam, et gloriam meam in pulverem conlocet. SEMPER. [7]surge, domine, in

R in finem in carminibus psalmus david pro octava vox christi ad patrem | 2 furrore γ, fure *R* | 3 *post* sum + ego $\beta\mu\xi\varphi Z^2$ *contra* $\gamma\chi GRWZ^1$ | 3 domine *alterum* > *R* | 3 mea > γ | 4 *stichum priorem cum* 3 *iungunt* $\gamma GRWZ$ *contra* $\beta\mu\xi\varphi$ | 4 turbata $\gamma\xi\chi GRWZ$, conturbata $\beta\mu\varphi$ | 7 lectulum χG, lectum $\beta\gamma\mu\xi\varphi RWZ$ | 8 *ad* amaritudine *S* irritatione | 9 quia > γ, quoniam ξ | 10 suscipiet ξDGZ^2, suscepit $\beta\gamma\mu\varphi RWZ^1$ | 11 vehementer > γ | 11 mei > *G* | 11 *ad* subito *S* in momento | 1 pro ignoratione david quod $\gamma ABCDGKNWZ$ *nisi quod* ignoracōe γ, ignoratio david quod $\beta\mu$, ignoratio david quam ξ, psalmus david quem φR | 1 cantavit *R* | 1 super verbis $\gamma\varphi ABCFGWZ$, super verba $\beta\mu\xi$, pro verbis *DR* | 1 ethiopis γG^2Z, chusi $\xi ABCDFR$, chus φ | 1 gemī γ, iemī *WZ* | 1 *fin* + propheta dicit ad christum de inimicis iudaeis et de diabulo *R* | 3 capiat $\xi\varphi ABCDGRWZ$, rapiat $\beta\gamma\mu$ | 3 forte ut rapiat leo γ | 3 *fin* eripiat $\gamma\xi RWZ$ | 5 mala γWZ | 6 apprehendat $\beta\gamma\mu\xi\varphi WZ$, *sed* ap *in litura W*: comprehendat χ | 6 terram γWZ | 6 *fin* collocet $\beta\gamma\mu\xi\varphi WZ$, conculcet *D* | 7 *pro* domine χ deus | 7 et > ξ | 7 *ad* consurge *S* expergiscere

furore tuo, elevare indignans super hostes meos, et consurge ad me iudicio quod mandasti. [8] et congregatio tribuum circumdet te, et pro hac in altum revertere. [9] dominus iudicat populos: iudica me, domine, secundum iustitiam meam et secundum simplicitatem meam quae est in me. [10] consumatur malum iniquorum, et confirmetur iustitia: probator cordis et renum deus iustus. [11] clipeus meus in deo, qui salvat rectos corde. [12] deus iudex iustus, et fortis conminans tota die. [13] non convertenti gladium suum acuet, arcum suum tetendit et paravit illum. [14] et in ipso paravit vasa mortis, sagittas suas ad conburendum operatus est. [15] ecce parturit iniquitatem et concepto dolore peperit mendacium. [16] lacum aperuit et effodit eum, et incidit in interitum, quem operatus est. [17] revertetur dolor suus in caput eius, et super verticem eius iniquitas sua descendet. [18] confitebor domino secundum iustitiam eius, et cantabo nomini domini altissimi.

8

[1] Victori pro torcularibus, canticum David. [2] Domine do- 8
minator noster, quam grande est nomen tuum in universa terra, qui posuisti gloriam tuam super caelos. [3] ex ore infan-

8 *ad* tribuum *S* plebium | 8 circumdabit *γWZ* | 8[a] me *γ* | 8 pro hac *γφχGR*[2]*W*, propter hac *R*[1], propter hanc *Z*, pro ea *βμξ* | 9 iudicat *χG*, iudicabit *βγμξφRWZ* | 9 *pro* domine *χ* deus | 10 consumetur *γRZ*, consumętur *ξ*, consummetur *φW* | 10 *ad* iniquorum *S* impiorum | 10 confirmetur iustitia *γGRWZ tres codices Vallarsii* (iusticia *γ*), confirmetur iustus *βμξφ* | 10 *ante* probator + et *βμ contra γξφGRWZ tres codices Vallarsii* | 11 clipeus *R* | 11 corde > *B* | 12 *post* fortis + et *βμ contra γξφABCDGRWZ* | 12 comminans *GWZ* | 13 convertendi *γWZ*, convertet *χ* | 13 suum *alterum* > *γ* | 13 praeparavit *φR*, p̄paravit *WZ*, properavit *γ* | 14 *ante* sagittas + et *G*[1] | 14 comburendum *GW*, cōburendum *Z* | 15 et > *γξφRWZ* | 15 dolo *DGL*[1]*O*[2] | 15 *ante* peperit + et *ξ* | 16 incidit *γφGWZ*, *sed* cidit *W prima manu in litura*, incidet *βμξR* | 17 revertitur *γRWZ*[2] | 17 *ad* dolor *S* dolus | 17 suus dolor *γ* | 17 verticćius *R*, vertice *omisso* eius *γ* | 17 eius *pro* sua *γ* | 17 descendit *γW*, descenŏ *Z*, discendit *R* | 18 et > *Z*[1] | 18 cantabo *γξφχGRWZ*, psallam *βμ* | 1 victori pro tortularibus ipsi david *N* „*et alii duo mss*“ *Benedictinorum* | 1 victori *βμξφGW*, in fine *γ*, in finem *RWZ* | 1 canticum *βμG*, psalmus *γ*[?]*ξφRSWZ* | 1 *fin* + vox ecclesiae laudem dicit christo de fide omnium credentium *R* | 2 *pro* dominator *χ* dominus | 3 lactancium *γ*, lactentium *βμξφ* | 3 perfecisti *γφABCDGRWZ*[2], perfęcisti *ξ*, pefecisti *Z*[1], fecisti *βμ*, fundasti *S* |

tium et lactantium perfecisti laudem, propter adversarios meos, ut quiescat inimicus et ultor. [4]videbo enim caelos tuos, opera digitorum tuorum, lunam et stellas, quae fundasti: [5]quid est homo, quoniam recordaris eius, vel filius hominis, quoniam visitas eum. [6]minues eum paulo minus a deo: gloria et decore coronabis eum: [7]dabis ei potestatem super opera manuum tuarum. cuncta posuisti sub pedibus eius, [8]oves et armenta omnia, insuper et animalia agri: [9]aves caeli et pisces maris, qui pertranseunt vias aquarum. [10]domine dominator noster, quam grande est nomen tuum in universa terra.

9

9 [1]Victori pro morte filii, canticum David. [2]Confitebor domino in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. [3]laetabor et gaudebo in te, canam nomini tuo altissimi, [4]cum ceciderint inimici mei retrorsum et corruerint et perierint a facie tua. [5]fecisti enim iudicium meum et causam meam, sedisti super solium iudex iustitiae. [6]increpuisti gentes, periit impius: nomen eorum delesti in sempiternum et iugiter. [7]conpletae sunt solitudines in finem, et civitates subvertisti: periit memoria eorum cum ipsis. [8]dominus autem in sempiternum sedebit, stabilivit ad iudicandum solium suum: [9]et ipse iudicat orbem terrae in iustitia, iudicat populos in aequitatibus.

3 *ad* laudem *S* virtutem | 3 meos *γGRWZ unus reginae*, tuos *βμξφ* | 4 *ad* fundasti *S* praeparasti | 6 minuisti *χ* | 6 *pro* decore *γ* honore | 8 *fin* pecora campi *γ*, peccora campi *WZ* | 9 *init* Quos celi *γ* | 9 pertranseunt *βμEFGMNOPQ*, transeunt *γξφRWZ* | 9 vias aquarum *DG*, ponti mari *MNO*[1]*P*, ponti marium *O*[2], *ad quae verba in hoc codice S* semitas *adscripsit*, semitas ponti *γξφHKLRWZ regius Vallarsii regius Benedictinorum*, semitas marium *βμEFQ* | 10 noster > *γRWZ* | 1 *in R* in finem pro occultis psalmus david filii ecclesia laudem dicit christo de iudaeis et de principe demoniorum | 1 pro *γABCDGWZ*, super *βμξφ* | 1 canticum david > *γ* | 1 *ad* canticum *S* psalmus, *pro* canticum *WZ* psalmus | 2 omni *χ* | 3 *ad* canam *S* psallam | 3 nomino *Z*[1] | 3 altissime *βγμξφRWZ* | 4 *ad* ceciderint *S* converterint | 4 mei > *γ* | 4 et *prius* > *βμ* | 4 cecider̄t *γ* | 4 corruer̄t *γ* | 4 perierunt *γ* | 5 increpuisti *χG*, increpasti *βγμξφRWZ* | 6 delisti *R* | 6 *ad* sempiternum *S* saeculum | 7 *praemittunt* inimici *βμξφ contra γBGRWZ* | 7 *init* defecerunt frameae *D* | 7 completae *GWZ* | 7 sunt > *B* | 7 solitudinis in fine *B* | 8 *ad* sempiternum *S* saeculum | 9 et > *γ* | 9 *priori loco* iudicat *γABCDGRWZ*, iudicabit *βμξφ* | 9 terrae > *βμξφ* | 9 *altero loco* iudicat *γABCDGRWZ*, iudicabit *βμξφ*

[10]et erit dominus elevatio oppresso, elevatio oportuna in angustia. [11]et confident in te qui noverunt nomen tuum, quoniam non dereliquisti quaerentes te, domine. [12]cantate domino, habitatori Sion: adnuntiate in populis cogitationes eius: [13]quoniam quaerens sanguinem eorum recordatus est, non est oblitus clamoris pauperum. [14]misertus est mei dominus, vidit adflictionem meam ex inimicis meis qui exaltat me de portis mortis, [15]ut narrem omnes laudes tuas in portis filiae Sion: exultabo in salutari tuo. [16]demersae sunt gentes in foveam, quam fecerunt: in rete, quod absconderunt, captus est pes eorum. [17]agnitus est dominus iudicium faciens: in opere manuum suarum corruit impius sonitu sempiterno. [18]convertantur impii in infernum, omnes gentes quae oblitae sunt deum. [19]quoniam non in aeternum oblivioni erit pauper, expectatio pauperum non peribit in perpetuum. [20]surge, domine, non confortetur homo, iudicentur gentes ante faciem tuam. [21]pone, domine, terrorem eis: sciant gentes homines esse se. SEMPER.

10

[22]quare, domine, stas a longe? despicis in temporibus angustiae? [23]in superbia impii ardet pauper: capiantur in sceleribus quae cogitaverunt. [24]quia laudabit impius desi-

10 oppraesso *R*, appresso *γ* | 10 opportuna *βμ* | 12 *ad* cantate *S* psallite | 12 habitori Z^1 | 12 syon *Z* | 12 cogitatiõ *WZ* | 13 requirens *ξ*, quaerentes *χ* | 13 nec oblitus est *βμ* | 13 clamorem *χ* | 14 misertus est mei dominus vidit *γABCDGRWZ*, *nisi quod* et vidit *γ*, vide *Z*: miserere mei domine vide *βμξφ*, *nisi quod errore* misere *βμ*, miserẹre *ξ* | 14 afflictionem *GWZ* | 14 imicis *Z* | 14 exaltat *ABCDG*, exaltas *βγμξφRWZ* | 15 et enarrem *χ* | 15 omnes > *γξφRWZ* | 15 syon *Z* | 16 fovea quam *D*, interitu quem *βγμξφRWZ* | 16 rete *γDGRWZ*, rẹte *ξ*, reti *βμφ* | 16 absconderant *RWZ* | 17 *ad* manuum *S* palmarum | 17 sonitu sempiterno *χG*, sonitu semper *βμ*, cum sonitu semper *OQ*, *„plures mss“ teste μ vel* sonitu sempiterno *vel* cum sonitu sempiterno, meditatione semper *φ*, > *γξRWZ*. *verbum meditationis in novem codicibus a se conlatis non haberi testantur Benedictini* | 18 obliviscuntur *φ* | 19 in eternum non *γ* | 19 non *alterum γξφABCDGRWZ*, > *βμ* *„utrumque exemplar canonis“ Benedictinorum* | 20 confertetur *γ* | 21 semper *hoc loco adest in γWZ* | 21 *fin cum* 22 = 10,1 *conectunt γABCDGRWZ et codices Benedictinorum praeter canones* | 22[a] *„in medio columnae describunt hunc versum exemplaria canonis“ Benedictinorum, quae imitantur βμ. novi psalmi initium faciunt ξφ* | 22 despicies *β*, dispicis *R* | 24

derium animae suae, et avarus adplaudens sibi: blasphemavit dominum [25] impius, secundum altitudinem furoris sui non requiret, nec est deus in omnibus cogitationibus eius: [26] parturiunt viae eius in omni tempore: longe sunt iudicia tua a facie eius: omnes inimicos suos despicit: [27] loquitur in corde suo „non movebor, in generatione et generatione ero sine malo“. [28] maledictione os eius plenum est et dolis et avaritia: sub lingua eius dolor et iniquitas: [29] sedet insidians iuxta vestibula, in absconditis, ut interficiat innocentem: oculi eius robustos tuos circumspiciunt: [30] insidiatur in abscondito quasi leo in cubili: insidiatur ut rapiat pauperem: rapiet pauperem, cum adtraxerit eum ad rete suum, [31] et confractum subiciet, et inruet viribus suis valenter. [32] dixit in corde suo „oblitus est deus, abscondit faciem suam, non respiciet in perpetuum“. [33] surge, domine deus, leva manum tuam, noli oblivisci pauperum. [34] quare blasphemat impius deum, dicens in corde suo quod non requirat? [35] vides, quia tu laborem et furorem respicis, ut detur in manu tua: tibi relinquuntur fortes tui: pupillo tu es factus adiutor. [36] contere brachium

laudabit *ABCDGKP*, laudavit *γξφRWZ*, laudabitur *βμ* | 24 desiderium *γABCDGKPRWZ*, dęsiderium *ξ*, desyderium *φ*, in desiderio *βμ* | 24 *pro* animae suae *γ* ante se | 24 applaudens G^2, adplaudans G^1 | 24 Plasphemavit *γZ* | 24 *verba* blasphemavit dominum *apud βμξφ ab* avarus *apta sunt*, *γGRWZ cum* impius 25 *iungunt ita, ut si eos secutus commata numeres*, 25 *a* blasphemavit *incipere debeat . corrector augiensis comma usque ad* dominum *extendit* | 25 altitudinem furoris sui *γξφGWRZ*, multitudinem furoris sui *liber reginae*, altitudinem irae suae *βμ* | 25 requirit *γ* | 25 nec est *βμG*, non est *χ*, nec *γξφRWZ* | 26 *ad* longe *S* in excelso | 26 dispicit *R* | 27 loquetur *γ* | 27 in generatione *βγμξφRWZ* (-cōe *γ*), a generatione *G* | 27 et generationem *ξ* | 28 dolor *βγμξφGRWZ*, dolus *LOQ* | 29 ut interficiat *γφABCDG RWZ tres codices Benedictinorum*, interficit *βμξ* | 29 tuos *γξDGRWZ*, > *βμφ* | 30 *etiam altero loco* rapiat *γ* | 30 cum adtraxerit R^2, cum attraxerit *βγμξφGWZ*, dum adtraxerit R^1, dum *etiam χ* | 31 subiciat *γ* | 31 irruet *GWZ* | 32 respicet *R* | 33 domine deus meus *D* | 34 plasphemat *γZ* | 34 *ad* deum *S* o deus, *pro* deum *γ* dni | 34 requirat *γφ BGRWZ tres libri Benedictinorum*, requiras *βμξ*, requiratur *D* | 35 *ad* vides *S* vidisti | 35 *pro* quia *γ* quoniam | 35 relinquunt *γ*, derelinquuntur *χ* | 35 tu eris factus adiutor *aliquot mss*, tu eris adiutor *alii nonnulli Benedictinorum* | 36 *init* convertere *γ* | 36 quaeres quaeres R^1 | 36 eius > *γ*, eorum *χ*

impii et maligni: quaeres impietatem eius, et non invenies. [37]dominus rex saeculi et aeternitatis: perierunt gentes de terra eius. [38]desiderium pauperum audivit dominus: praeparasti ut cor eorum audiat auris tua, [39]ut iudices pupillum et oppressum, et nequaquam ultra superbiat homo de terra.

11

[1]Victori David. In domino speravi: quomodo dicitis ani- 10
mae meae „transvola in montem ut avis“? [2]quia ecce impii tetenderunt arcum, posuerunt sagittam suam super nervum, ut sagittent in abscondito rectos corde. [3]quia leges dissipatae sunt: iustus quid operatus est? [4]dominus in templo sancto suo, dominus in caelo thronus eius: oculi eius vident, palpebrae eius probant filios hominum. [5]dominus iustum probat: impium autem et diligentem iniquitatem odit anima eius. [6]pluit super peccatores laqueos: ignis et sulphur et spiritus tempestatum pars calicis eorum. [7]quoniam iustus dominus, iustitias dilexit: rectum videbunt facies eorum.

12

[1]Victori pro octava, canticum David. [2]Salva me, domine, 11
quoniam defecit sanctus, quoniam inminuti sunt fideles a filiis hominum. [3]frustra locuntur unusquisque proximo suo: labium subdolum, in corde et corde locuti sunt. [4]disperdat dominus omnia labia dolosa, linguam magniloquam. [5]qui dixerunt

37 periverunt *RWZ*, perimens *γ* | 37 *fin* illius *φ* | 38 audivit dominus *βγμG*, audit dominus *χRWZ*, audisti domine *ξφS* | 38 ut *ξφ GRWZ tres codices Vallarsii*, > *βγμ*, *βμ virgulam post* eorum *ponunt* | 39 pupillo *γWZ* | 39 oppraessum *R* | 39 superbiat *γξφχGRWZ*, superbiet *βμ* | 1 victori david *βγμξφGWZ*, in finem psalmus david *R* | 1 quodomo R^1 | 1 in *alterum* > *ABCD* | 1 ut avis *γξφABCDGRWZ*, sicut passer *βμ* | 2 reos corde *γ* | 5 *fin* sua *γ* | 6 pluit *χG*, pluet *βγμξφRWZ* | 6 *ad* peccatores *S* impios | 6 laqueus *γ* | 6 sulfur *γ*, sulphor *RWZ* | 7 viderunt *χ* | 1 in finem pro octava psalmus david christus pro passione sanctorum suorum dicit de iudaeis *R* | 1 octavo *γ* | 1 canticum *βγμ GWZ*, psalmus *ξφS* | 2 me *DG*, > *βγμξφRWZ* | 2 *pro* domine *D* deus | 2 deficit *γ* | 2 *ad* sanctus *S* misericors | 2 imminuti *WZ* | 3 loquuntur *βγμξφRWZ*, loquitur *χ* | 3 subdolum *ξφBDGRWZ*, dolosum *βγμ* | 3 loquuti sunt *βμ*, loquentur *φ*, > *γRWZ* | 5 quis noster dominus est *γφGWZ*, quis dominus noster *βμ*, quis dominus noster est *ξ duo codices Vallarsii*, quis noster est dominus *R* | 5 *ad* dominus *S* dominator

„linguam nostram roboremus, labia nostra nobiscum sunt: quis noster dominus est?“. [6] propter vastitatem inopum et gemitum pauperum nunc consurgam, dicit dominus, ponam in salutari auxilium eorum. [7] eloquia domini eloquia munda, argentum igne probatum, separatum a terra, colatum septuplum. [8] tu, domine, custodies ea: servabis nos a generatione hac in aeternum. [9] in circuitu impii ambulant, cum exaltati fuerint vilissimi filiorum hominum.

13

12 [1] Victori, canticum David. [2] Usque quo, domine, oblivisceris me penitus? usque quo abscondis faciem tuam a me? [3] usque quo ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem? usque quo exaltabitur inimicus meus super me? [4] convertere, exaudi me, domine deus meus, inlumina oculos meos, ne umquam obdormiam in morte, [5] ne quando dicat inimicus meus „praevalui adversus eum“. hostes mei exultabunt, cum motus fuero. [6] ego autem in misericordia tua confido: exultabit cor meum in salutari tuo: cantabo domino, quia reddidit mihi.

14

13 [1] Victori David. Dixit stultus in corde suo „non est deus“. corrupti sunt, et abominabiles facti sunt studiose: non est qui faciat bonum. [2] dominus de caelo prospexit super filios hominum, ut videret si est intellegens aut requirens deum. [3] omnes recesserunt, simul conglutinati sunt: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. [4] nonne cognoscent omnes

6 inopum a gemitu φ | 7 igne $\gamma\xi\varphi GRWZ$ *duo codices Vallarsii, tres Benedictinorum*, $>$ $\beta\mu$ | 8[a] eos γ | 9 ambulant $\gamma\xi\chi GWZ$, ambulabunt $\beta\mu\varphi R$ | 9 filii G | 1 in finem psalmus david vox christi ad patrem de diabulo dicit R | 1 *ad* canticum S psalmus, *pro* canticum $\xi\varphi$ psalmus | 2 domine $>$ ξR | 2[a] mei $\gamma\xi\varphi\chi RWZ$ | 2 poenitus R | 2 abscondes $\beta\mu\xi$ | 3 consilium χ | 3 animam meam $\gamma\varphi$ RWZ | 4 convertere et γ, attende et D, aspice S | 4 illumina WZ | 5 quum motus $\beta\mu$, commotus R, cumotus W, si motus φ | 6 exsultabit μ, exultavit γRWZ | 6 quia G, qui $\beta\gamma\mu\xi\varphi RW^2$, qui bona W^1Z | 1 victori david $\beta\gamma\mu\varphi GWZ$, victori psalmus david ξ, in finem psalmus david verba christi ad divitem interrogantem se de populo iudaico R | 1 et $>$ φ | 1 abhominabiles $\gamma GRWZ$ | 1 instudiose γRWZ | 2 esset B | 2 intelligens W | 2 aut $\gamma\varphi DGRWZ$, $>$ $\beta\mu\xi$ | 3 faciet γ | 3 *fin spatium vacuum relinquunt* $\xi HKMNOPWZ$ [*Rom* 3,10--18] | 4 cognoscunt γ | 4 deum R

qui operantur iniquitatem, qui devorant populum meum ut cibum panis, dominum non invocaverunt? [5]ibi timebunt formidinem, quoniam deus in generatione iusta est. [6]consilium pauperum confudistis, quoniam dominus spes eius est. [7]quis dabit de Sion salutem Israhel? quando reduxerit dominus captivitatem populi sui, exultabit Iacob et laetabitur Israhel.

15

[1]Canticum David. Domine, quis peregrinabitur in tentorio 14
tuo et quis habitabit in monte sancto tuo? [2]qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam loquiturque veritatem in corde suo, [3]qui non est facilis in lingua sua neque fecit amico suo malum et obprobrium non sustinuit super vicino suo: [4]despicitur oculis eius inprobus, timentes autem dominum glorificat: iurat ut se adfligat et non mutat: [5]pecuniam suam non dedit ad usuram, et munera adversum innoxium non accepit. qui facit haec, non movebitur in aeternum.

16

[1]Humilis et simplicis David. Custodi me, deus, quoniam 15
speravi in te, [2]dicens deo „dominus meus es tu, bene mihi non est sine te“. [3]sanctis qui in terra sunt et magnificis, omnis voluntas mea in eis. [4]multiplicabuntur idola eorum post tergum sequentium. non libabo libamina eorum

5 timebunt formidinem *DG*, timebunt formidine *ξφRWZ*, tiēbūt formidiē *γ*, trepidabunt formidine *βμ* | 5 est *γξφGRWZ*, > *βμ* | 6 confudisti *γ* | 6 deus *γWZ* | 7 salutare *γξφRWZ* | 7 exaltabit *γ*, exultavit *R* | 7 et > *βμφ* | 1 canticum *βγμGWZ*, psalmus *ξφRS* | 1 *post* david + vox christi quam dicit fidelibus interpellat patrem *R* | 1 territorio *Q* | 1 et *γξφχGRWZ*, > *βμ* | 1 *altero loco* qui *χ* | 2 loqueturque *RWZ* | 3 linguam suam *RWZ* | 3 nec *γξφRWZ* | 3 facit *χ* | 3 *ad* amico *S* sodali | 3 opprobrium *W* | 3 vicino suo *γξφGRWZ*, vicinum suum *βμ*: *ad* vicinum *S* proximum | 4 dispicitur *R*, respicitur *Z* | 4 *ante* oculis + in *βμφ* | 4 improbus *GWZ* | 4 glorificat *γξχGRWZ*, glorificabit *βμφ* | 4 affligat *GWZ* | 4 motat *γRW*[1]*Z* | 5 peccuniam *Z* | 5 adversus *βγμG*[2] | 5 accipit *γξRW*[2]*Z* | 5 in aeternum > *R*[2] | 1 humilis et simplicis david *βγμξφGWZ*, tituli scriptio ipsi david vox christi ad patrem *R* | 1 domine *γWZ* | 2 dicens *γξGRWZ* „*aliquot mss*“ *apud Vallarsium*, „*aliquot mss*“ *apud Gallos*, dixi *βμφ* | 2 deo *γξφGRWZ*, domino *βμ* | 2 bene tibi est sine me *γ* | 3 magnifica *γ* | 4 multiplicentur dolores eorum et postea sequentur te non libabo libamina eorum quia gravior est quam effusio sanguinis neque assumam *etc D* | 4 idula *R* |

de sanguine neque adsumam nomina eorum in labiis meis. [5]dominus pars hereditatis meae et calicis mei: tu possessor sortis meae. [6]lineae ceciderunt mihi in pulcherrimis, et hereditas speciosissima mea est. [7]benedicam domino, qui dedit consilium mihi: insuper et noctibus erudierunt me renes mei. [8]proponebam dominum in conspectu meo semper, quia a dextris meis est, ne commovear. [9]propterea laetatum est cor meum, et exultavit gloria mea, et caro mea habitavit confidenter. [10]non enim derelinques animam meam in inferno nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. [11]ostendes mihi semitam vitae, plenitudinem laetitiarum ante vultum tuum, decores in dextera tua aeternos.

17

[1]Oratio David. Audi, deus, iustum, intende deprecationem meam, auribus percipe orationem meam absque labiis mendacii. [2]de vultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui videant aequitates. [3]probasti cor meum, visitasti nocte, conflasti me, et non invenisti cogitationes meas transire os meum. [4]in opere hominum propter verbum labiorum tuorum ego observavi vias latronis. [5]sustenta gressus meos in callibus tuis, et non labentur vestigia mea. [6]ego invocavi te, quia exaudies me, deus: inclina aurem tuam mihi, audi eloquium

4 postergum *GRWZ* | 4 litabo limina *RWZ*, litabo lumina *γ*. alii non litabo *margo G*. litabo *etiam Vallarsius ab „al ms" legi dicit* | 4 assumam *G* | 5 calix meus *D* | 5 *ad* possessor *S* restitutor | 6 linetae *χ* | 7 dominum *γξφRWZ* | 7 mihi consilium *φRWZ*, michi consilium *γξ* | 8 proposui *ξφ* | 8 domino *G*, > *χR* | 8 *ad* in conspectu meo *S* coram me | 8 es *χ* | 8 nec *γ* | 9 exaltavit *γ* | 9 habitabit *βμ* | 10 in > *RWZ* | 10 *ad* sanctum *S* misericordem | 11 ostendis *γξφRWZ* | 11 *ad* plenitudinem *S* satietatem | 11 delitiarum *N* | 11 wltum *γ* | 1 *post* david + christus de iudaeis dicit ad patrem *R* | 1 audi domine iustitiam *S* | 1 mendacii *γφχGRWZ*, mendacibus *βμξ* | 2 de conspectu tuo *S* | 2 wltu *γ* | 3 non > *γ* | 3 cogitationes meas transire *γξφGHNPRWZ duo codices Vallarsii* [-cōes *γ*], cogitatio mea utinam non transisset *βμLOQ*, cogitationes meas utinam non transisset *duo codices Benedictinorum* | 4 opere *βγμφGHLNOQRWZ duo alii codices Benedictinorum duo codices Vallarsii*, opera *ξP* | 4 hominum *γξφGHNPRWZ alii duo codices Benedictinorum*, adam *βμLOQ* | 4 propter verbum *γφGHNPRWZ alii duo codices Benedictinorum*, in verbo *βμLOQ*, propter verba *ξ duo codices Vallarsii* | 4 *ad* vias *S* semitas | 5 labentur *γφχGRWZ*, labantur *βμξ* | 6 exaudies *βγμξφGRWZ*, exaudisti *tres codices Benedictinorum*

meum. [7] mirabilem fac misericordiam tuam, salvator sperantium, a resistentibus dexterae tuae. [8] custodi me quasi pupillam intus in oculo, in umbra alarum tuarum protege me [9] a facie impiorum vastantium me. inimici mei animam meam circumdederunt, [10] adipe suo concluserunt, et ore locuti sunt superbe. [11] incedentes adversum me nunc circumdederunt me, oculos suos posuerunt declinare in terram. [12] similitudo eius quasi leonis desiderantis praedam et quasi catuli leonis sedentis in absconditis. [13] surge, domine, praeveni faciem eius, incurva eum: salva animam meam ab impio, qui est gladius tuus, [14] a viris manus tuae, domine, qui mortui sunt in profundo, quorum pars in vita et quorum de absconditis tuis replesti ventrem, qui saturabuntur filiis et dimittent reliquias suas parvulis eorum. [15] ego in iustitia videbo faciem tuam, implebor, cum evigilavero, similitudine tua.

18

[1] Victori servo domini David, qui locutus est domino verba 17
cantici huius in die, qua liberavit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum et de manu Saul, [2] et dixit: Diligam te, domine, fortitudo mea. [3] deus petra et robur meum et salvator meus, deus meus, fortis meus, sperabo in eum, scutum meum et cornu salutis meae, susceptor meus. [4] laudatum invocabo dominum, et ab inimicis meis salvus ero. [5] circumdederunt me funes mortis, et torrentes diaboli terruerunt me. [6] funes inferi circumdederunt me, praevenerunt me laquei mortis. [7] in tribulatione mea invocavi dominum, et

7 mirabilem fac misericordiam tuam $\gamma\xi\varphi DGRWZ$, mirabiles fac misericordias tuas $\beta\mu$ | 8 *ad* pupillam *S* filiam | 8 in oculo $\gamma\xi\varphi DGRWZ$, oculi $\beta\mu$ | 10 *ante* adipe + et ξ | 12 catuli leonis $\gamma\xi\varphi BRWZ$, leonis *G*, catuli $\beta\mu$ | 14 satiabuntur $\beta\mu$ | 14 *ante* filiis + in $\beta\mu$ | 15 implebor *GWZ* | 15 *ad* implebor *S* satiabor | 15 vigilavero γRWZ | 1 victori servo $\beta\gamma\mu\xi\varphi GWZ$, in finem puero *R* | 1 qui $\gamma\varphi R$, quae $\beta\mu G$, $\overline{\text{q}}$ ξWZ | 1 liberavit $\beta\gamma\mu\xi\varphi GWZ$, eripuit *R* | 1 eum > *R* | 1 suorum $\beta\gamma\mu GWZ$, eius $\xi\varphi R$, > *D* | 1 et de manu saul $\beta\mu\xi\varphi GWZ$, > γ, IIII regum et de mille mortibus per saulem david in similitudinem christi dicit *R*, *qui post* dicit *minio opaciore* + dī = dei | 1 et dixit $\xi\varphi GWZ$, et ait $\beta\mu$, > γDR | 3 deus petra *G*, dominus petra mea $\beta\mu\xi$, domine petra mea $\varphi\chi HKLPRWZ$, > γ | 3 *ante* sperabo + et $\beta\gamma\mu\xi\varphi RWZ$ | 3 eum γG, eo $\beta\mu\xi\varphi WZ$, eos *R* | 3 *ante* susceptor + et ξZ | 5 diabuli *R*, Belial *S* | 5 *pro* terruerunt γ circuierunt | 6 inferni $\gamma\xi\varphi RWZ$ | 7 mea > γRWZ |

ad deum meum clamabo: exaudiet de templo suo vocem meam, et clamor meus ante faciem eius, veniet in aures eius. [8]commota est et contremuit terra, et fundamenta montium concussa sunt et conquassata, quoniam iratus est. [9]ascendit fumus de furore eius, et ignis ex ore eius devorans: carbones incensi sunt ab eo. [10]inclinavit caelos et descendit, et caligo sub pedibus eius. [11]et ascendit super Cherub, et volavit super pennas venti. [12]posuit tenebras latibulum suum, in circuitu eius tabernaculum eius, tenebrosas aquas in nubibus aetheris. [13]prae fulgore in conspectu eius nubes transierunt, grando et carbones ignis. [14]et intonuit de caelo dominus, et altissimus dedit vocem suam, grandinem et carbones ignis. [15]et emisit sagittas suas et dissipavit eos, fulgura multiplicavit et conturbavit eos. [16]et apparuerunt effusiones aquarum, et revelata sunt fundamenta orbis, ab increpatione tua, domine, ab inspiratione spiritus furoris tui. [17]misit de alto et accepit me, extraxit me de aquis multis. [18]liberavit me de inimicis meis potentissimis et de his qui oderant me, quoniam robustiores me erant. [19]praevenerunt me in die adflictionis meae, et factus est dominus firmamentum meum, [20]et eduxit me in latitudinem, liberavit me, quia placuit ei. [21]retribuit mihi dominus secundum iustitiam meam, se-

7 invocavi *γχGRWZ*, invocabo *βμξφ* | 7 et ad dum̄ *γ*: *id est* ad dominum | 7 *ante* exaudiet + et *γWZ* | 7 *post* templo + sancto *βμξφR contra γABCDGWZ* | 8 *post* conquassata + sunt *βγμξφWZ* | 8 *fin* + eis *γφWZ* | 9 de *γξφχGRWZ*, in *βμ* | 9 accensi *βμ* | 10 discendit *R* | 11 cerub *G*, cherubin *γχ* | 11 *post* et volavit + et volavit *βμφ*, + volavit *ξ* | 11 pinnas *RWZ* | 12 tenebrosa aqua *γφABCDRWZ tres codices Gallorum* | 12 aetheris *φABCDGRWZ*, aeris *βμ codices quidam Gallorum*, etheris *γ*, ętheris *ξ* | 13 fulgure *G* | 13 transiverunt R^1 | 14 dominus de celo *γ* | 14 de caelo *χGRW*, de celo *γ*, in caelis *β*, in coelis *μ*, in celis *ξ*, in coelo *φ* | 15 emisit *γφχGWZ*, misit *βμξR* | 15 *post* eos *prius* + et *φ* | 15 fulgora *RWZ* | 15 *ante* multiplicavit + et *γ* | 15 *fin* illos *βμξφR* | 17 mittet *φ* | 17 accipiet *φ* | 17 extraxit *ξG duo codices Vallarsii*, et extraxit *γWZ*, et traxit *R*, extrahet *βμ*, et trahet *φ* | 18 liberabit *φ* | 18 me *primum* > *γ* | 18 inimicis meis potentissimis *γξφEFGHKLMNPRWZ duo codices Vallarsii*, inimico meo potentissimo *βμOQ* | 18 iis *ξ*, hiis *R* | 18 oderunt *βγμξφRWZ* | 19 praeveniet *φ* | 19 afflictionis *GWZ* | 20 educet *φ* | 20 liberavit *βγξDGRW*, liberabit *μ*[*sic*]*φ* | 20 quia *γξφ rRWZ*, quoniam *βμ* | 20 placuit *γξBGRWZ*, placui *βμφ* | 21 retribuet *φ* | 21 *post* meam + et *γφRWZ* | 21 reddet *φ*

cundum munditiam manuum mearum reddidit mihi, [22] quia custodivi vias domini, et non egi impie a deo meo. [23] omnia enim iudicia eius in conspectu meo, et praecepta eius non amovi a me. [24] et fui inmaculatus cum eo, et custodivi me ab iniquitate mea. [25] restituet mihi dominus secundum iustitiam meam, secundum munditiam manuum mearum in conspectu oculorum eius. [26] cum sancto sanctus eris, cum viro innocente innocenter ages, [27] cum electo electus eris et cum perverso pervertes. [28] quia tu populum pauperem salvabis, et oculos excelsos humiliabis. [29] quia tu inluminabis lucernam meam, domine: deus meus, inlustrabis tenebras meas. [30] in te enim curram accinctus, et in deo meo transiliam murum. [31] deus, inmaculata via eius: eloquium domini igne examinatum: scutum est omnium sperantium in se. [32] quis est deus praeter dominum? et quis fortis praeter deum nostrum? [33] deus, qui accingit me fortitudine et posuit inmaculatam viam meam, [34] coaequans pedes meos cervis et super excelsa statuens me, [35] docens manus meas ad proelium et conponens quasi arcum aereum brachia mea. [36] dedisti mihi clipeum salutis tuae, et dextera tua confortavit me, et mansuetudo tua multiplicavit me. [37] dilatabis gressus meos subtus me, et non

24 imaculatus *W*, immaculatus *Z* | 25 restituet *G*, et restituit *γξφχ RWZ*, et restituet *βμ* | 25 *post* meam + et *γξφRWZ* | 26 *post* eris + et *γξφRWZ* | 26 agis *γGRWZ* | 27 *praemittunt* et *γξφRWZ* | 27 electa *R* | 27 pervertes *ξχGRWZ*, subverteris *βμ*, perverteris *γφ* | 28 quoniam *γξWZ* | 29 inluminas *R*, illuminas *γξφWZ duo codices Gallorum*, illuminabis *βμ* | 29 domine *ad stichum priorem trahit G* | 29 inlustrabis *G*, illustrabis *aliquot codices Gallorum βμ*, inluminabis *R*, illuminabis *γξWZ*, illumina *φ* | 29 tenebras meas *γφχGRW aliquot codices Gallorum*, tenebram meam *βμξ* | 30 curram *γξφGRWZ duo codices Vallarsii*, curro *βμ* | 30 curram post accinctos *S* | 30 insiliam *χ* | 31 immaculata *WZ* | 31 igne *γξφGRWZ duo codices Vallarsii*, > *βμ* | 32 *ante* quis *prius* + quoniam *βμξ contra γφABCDGRWZ tres codices Gallorum* | 33 qui > *χ* | 33 accinxit *ξ* | 33 immaculatam *WZ* | 34 *post* excelsa + mea *βμ contra duo codices Vallarsii γξφGRWZ* | 35 componens *G*, cōponens *WZ* | 36 clepeum *RW* | 36 meae *χ* | 36 confirmavit *χ* | 36 *post* me *prius „spatiolum vacuum relinquunt exemplaria quatuor mss superius* [?] *laudata, quo denotant abesse in hebraeis voluminibus unum versum, quem nonnullae interpretationes repraesentant“ Martianay* | 36 tua *alterum* > *γ* | 37 *post* dilatabis + me *G* | 37 gressus meos *γξφχGRWZ*, gressum meum *βμ* | 37 *pro* subtus me *γ* et apprehendam, > *WZ* | 37 calli *γ* | 37 mei

deficient tali mei. [38] persequar inimicos meos et adprehendam, et non revertar donec consumam eos. [39] caedam eos, et non poterunt resurgere: cadent sub pedibus meis. [40] accinxisti me fortitudine ad proelium, incurvabis resistentes mihi sub me. [41] inimicorum meorum dedisti mihi dorsum, et odientes me disperdidisti. [42] clamabunt, et non erit qui salvet, ad dominum, et non exaudiet eos. [43] delebo eos ut pulverem ante faciem venti, ut lutum platearum proiciam eos. [44] salvabis me a contradictionibus populi, pones me in caput gentium, populus quem ignoravi serviet mihi, [45] auditione auris oboediet mihi, filii alieni mentientur mihi, [46] filii alieni defluent et contrahentur in angustiis suis. [47] vivit dominus et benedictus deus meus, et exaltabitur deus salutis meae: [48] deus, qui das vindictas mihi et congregas populos sub me, [49] qui servas me ab inimicis meis et a resistentibus mihi elevas me, a viro iniquo libera me. [50] propterea confitebor tibi in gentibus, domine, et nomini tuo cantabo: [51] magnificanti salutes regis sui, et facienti misericordiam Christo suo, David et semini eius usque in aeternum.

19

18 [1] Victori canticum, David. [2] Caeli enarrant gloriam dei, et opus manus eius adnuntiat firmamentum. [3] dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam. [4] non est sermo et non sunt verba, quibus non audiatur vox eorum. [5] in universam terram exivit sonus eorum, et in finibus orbis verba eorum: soli posuit tabernaculum in eis. [6] et ipse quasi sponsus pro-

> χ | 38 adpraehendam *R*, adp̄hendā *W* | 38 *ante* et *alterum* + eos φ | 39 cedam φG, coedam *R* | 39 potuerunt γRWZ | 39 surgere $\beta\gamma\mu\xi\varphi RWZ$ | 40 *init* + et $\beta\mu$ | 40 subtus φ | 42 clamaverunt γWZ | 42 *ante* eos + dominus γ | 43 *init* comminuam *S* | 44 ponam γ | 44 capud *R*, capite γ | 44 populum γ | 45 obaudiet $\beta\mu$, obędiet ξ, obediet $\gamma\varphi$ | 45 fili γ | 45 mentiuntur φRWZ, menciuntur γ | 46 fili γ | 47 *ad* deus *prius S* fortis | 47 exaltetur χ | 48 *pro* congregas *Z* subdidisti | 49 quoniam servas ξ | 49 me *primum* > *R* | 49 libera $\gamma\varphi\chi GRWZ$, liberabis $\beta\mu\xi$ | 50 *fin* psallam *S* | 51 magnificans φ, magnificant *B* | 51 faciens φ, facient *B* | 51 *fin* saeculum *S* | 1 *R* in finem psalmus de adventu christi, per quem reseratur psalmus cxviii. ibi coniungitur novum et vetus testamenti [*sic*] | 1 canticum $\beta\gamma\mu GWZ$, psalmus $\xi\varphi S$ | 2 opera manuum $\xi\varphi$, opus manuum $\beta\mu$ | 2 eius $>\gamma RWZ$ | 3 eructuat γRW | 4 *pro* quibus γ q'd | 5 universam $\beta\mu G$, omnem $\gamma\xi\varphi RWZ$ | 5 finem $\beta\mu$ | 5 tabernalum *Z* |

cedens de thalamo suo, exultavit ut fortis ad currendam viam: [7]a summitate caeli egressus eius, et cursus eius usque ad summitatem illius, nec est qui se abscondat a calore eius. [8]lex domini inmaculata, convertens animam: testimonium domini fidele, sapientiam praestans parvulis: [9]praecepta domini recta, laetificantia cor: mandatum domini lucidum, inluminans oculos. [10]timor domini mundus, perseverans in saecula: iudicia domini vera, iustificata in semetipsis, [11]desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum, et dulciora super mel et favum redundantem. [12]unde et servus tuus docebit ea: in custodiendis eis fructus multus. [13]errores quis intellegit? ab occultis meis munda me. [14]a superbis quoque libera servum tuum: si non fuerint dominati mei, tunc inmaculatus ero, et mundabor a delicto maximo. [15]sint placentes sermones oris mei, meditatio cordis mei in conspectu tuo, domine fortitudo mea et redemptor meus.

20

[1]Victori canticum, David. [2]Exaudiat te dominus in die 19
tribulationis: protegat te nomen dei Iacob: [3]mittat tibi auxilium de sancto, et de Sion roboret te: [4]memor sit omnis sacrificii tui, et holocaustum tuum pingue fiat. SEMPER. [5]det tibi secundum cor tuum, et omnem voluntatem tuam impleat. [6]laudabimus in salutari tuo, et in nomine dei nostri ducemus choros: impleat dominus omnes petitiones tuas. [7]nunc scio

6 procedit χ | 6 *fin* semitam *S* | 7 gressus γ | 7 occursus γ, recursus χ | 7 abscondet γ | 7 *fin* eius $\gamma\xi\varphi GRWZ$, illius $\beta\mu$ | 8 immaculata *W* | 8 animas $\gamma\xi\varphi RWZ$ | 8 parvulis $\gamma\varphi\chi GRWZ$, parvulo $\beta\mu$ | 9 cor $> \gamma RWZ$ | 9 illuminans *WZ* | 10 *ad* saecula *S* aeternum | 10 semetipsa $\gamma\xi\varphi RWZ$ | 11 aurem *R manu scholiastae correctum* | 11 *ad* lapidem pretiosum *S* obrizum | 11 *pro* lapidem ξ obrizum | 11 inde γWZ | 12 et $> \gamma\varphi RWZ$ | 12 tuus $> R$ | 12 eis $> R$ | 12 retributio multa φ | 13 intelligē *W* | 13 meis $> \beta\mu\xi\varphi$ | 14 immaculatus *WZ* | 14 emundabor $\gamma\xi\varphi WZ$ | 15 *ante* meditatio + et $\beta\mu\xi\varphi$ | 15 fortitudo meus *Z* | 1 psalmus david. propheta operantem hortatur *R* | 1 canticum $\beta\gamma\mu GWZ$, psalmus $\xi\varphi S$ | 2 te *alterum* > *Z* | 3 tueatur γWZ | 4 *integrum comma excepto* semper *prima manu in margine inferiori G* | 4 tuum $> \chi$ | 4 semper *adest in* γWZ, sela *adest in* ξ | 5^2 omne consilium tuum *S* | 6 laudabimur *„plures mss“ Gallorum*, cantabimus γ | 6 ducemus choros $\xi\varphi BDG$ *„plures mss“ Gallorum*, docemus choros γRWZ, deducemus (*omisso* choros) $\beta\mu$ | 7 fortitudine $\gamma\xi\varphi BDGRW$, fortitudinibus $\beta\mu$ | 7 salus ξ | 7 dextre γ | 7 *fin*

quoniam salvabit dominus Christum suum: exaudiet eum de caelo sancto suo, in fortitudine salutis dexterae suae. [8] hi in curribus et hi in equis, nos autem nominis domini dei nostri recordabimur. [9] ipsi incurvati sunt et ceciderunt, nos autem resurreximus et erecti sumus. [10] domine, salva: rex, exaudi nos in die qua invocaverimus.

21

20. [1] Victori canticum, David. [2] Domine, in fortitudine tua laetabitur rex, et in salutari tuo exultabit vehementer. [3] desiderium cordis eius dedisti ei, et voluntatem labiorum eius non fraudasti eum. SEMPER. [4] quoniam praevenies eum in benedictionibus bonitatis, pones in capite eius coronam de lapide pretioso. [5] vitam petivit te, et dedisti ei, longitudinem dierum in saeculum et in aeternum. [6] magna gloria eius in salutari tuo: gloriam et decorem pones super eum. [7] pones enim eum benedictionem sempiternam, et hilarabis eum laetitia apud vultum tuum. [8] quia rex confidet in domino, et in misericordia excelsi non decipietur. [9] inveniet manus tua omnes inimicos tuos, dextera tua inveniet odientes te. [10] pones eos ut clibanum

suae $\beta\mu GR^2$ (*primae manus*), sue ξ, eius $\gamma\varphi R^{1?}WZ$ | 8 *utroque loco* hii RWZ | 8 nominis $\gamma\xi\varphi GRWZ$ *codices Gallorum tres*, in nomine $\beta\mu$ | 9 incurvati $\gamma\xi\varphi\chi GRWZ$, curvati $\beta\mu$ | 9 autem $\gamma\xi\varphi GRWZ$, vero $\beta\mu$ | 9 surreximus $\beta\gamma\mu\xi\varphi WZ$ | 10 exaudi $GHWZ$, exaudies $\xi\varphi R$ (*sed* es *prima manu in litura*), exaudiet $\beta\mu EFP$, et exaudi D | 10 invocaverimus $\beta\gamma\xi\varphi DEFGPWZ$, invocarimus R | 10 *fin* + eum $\beta\mu$ *exemplaria canonis* [*sed P*?] *Gallorum Q*, + te $\gamma\varphi EFHPRWZ$, *contra* $\xi DGKL$ | 1 psalmus david. propheta de christo rege dicit ad patrem R | 1 canticum $\beta\gamma\mu GWZ$, psalmus $\xi\varphi S$ | 2 tua $> \gamma$ | 2 et $> \gamma RW^2Z$ | 2 exultavit $\gamma\xi RWZ$ | 3 voluntate $\beta\gamma\mu\xi\varphi G^2WZ$ | 3 eum $\gamma\xi\varphi GRWZ$ „*quidam mss*“ *Vallarsii*, $> \beta\mu$ | 3 semper $> R$ „*quidam mss*“ *Vallarsii* | 4 prȩvenies *G*, praevenisti $\varphi HLQR$, p̄venisti γWZ, prȩvȩnisti ξ | 4 in *prius* $> \beta\mu$ *contra* $\gamma\xi\varphi GHLQRWZ$ | 4 de lapide pretioso $ABCDGHLWZ$ *duo alii codices Gallorum*, de lapide praetioso R, de lapide p̄cioso γ, de obrizo $\xi\varphi$, obrizam $\beta\mu$ | 5 petiit ξ | 5 *ante* te + a $\beta\gamma\mu\xi\varphi$ | 5 te $> D$ | 5 et *prius* $\gamma\xi\varphi DGRWZ$, $> \beta\mu$ | 6 inpones γ | 7 eum enim γ | 7 benedictionem sempiternam $\gamma ABCDGRWZ$ „*nonnulli mss*“ *Gallorum*, benedictiones in sempiternum $\beta\mu$, in benedictionem sempiternam $\xi\varphi$ | 7 et hilatabis γ, et hilarabis $\xi\varphi GRWZ$, exhilarabis $\beta\mu$ | 7 tuum $> \gamma$ | 8 quoniam γWZ | 8 confidit G^1, cōfidȝ γ | 9 *init* inveniat $\gamma\chi$ | 9 tua *prius* $> \gamma$ | 9^2 inveniat γ | 9 *ante* odientes + omnes γW (*sed W obelizatum*) Z | 10 precipitavit χ | 10 devoravit $\gamma\chi RWZ$ | 10 eorum *prius* $> \chi$

ignis in tempore vultus tui: dominus in furore suo praecipitabit eos, et devorabit eos ignis. [11] fructum eorum de terra perdes et semen eorum de filiis hominum. [12] quoniam inclinaverunt super te malum, cogitaverunt scelus, quod non potuerunt. [13] quoniam pones eos umerum, funes tuos firmabis contra facies eorum. [14] exaltare, domine, in fortitudine tua: cantabimus et psallemus fortitudines tuas.

22

[1] Victori pro cervo matutino, canticum. [2] Deus deus meus, 21
quare dereliquisti me? longe a salute mea verba rugitus mei. [3] deus meus, clamabo per diem, et non exaudies, et nocte, nec est silentium mihi. [4] et tu, sancte habitator, laus Israhel. [5] in te confisi sunt patres nostri, confisi sunt et salvasti eos. [6] ad te clamaverunt et salvati sunt: in te confisi sunt et non sunt confusi. [7] ego autem sum vermis et non homo, obprobrium hominum et despectio plebis. [8] omnes videntes me subsannant me, dimittunt labium, movent caput. [9] „confugit ad dominum, salvet eum, liberet eum, quoniam vult eum“. [10] tu autem propugnator meus es ex utero, fiducia mea ab uberibus matris meae: [11] in te proiectus sum ex vulva, de ventre matris meae deus meus es tu. [12] ne recedas a me, quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est adiutor. [13] circumdederunt me vituli multi, tauri pingues vallaverunt

11 a filiis γ | 12 declinaverunt γWZ | 13 quia χG . *huc pertineat* r[equire] *quod in margine G scriptum est* | 13 humerum GZ | 13 fimes G, nervos S | 14 deus χ | 14 psallimus γRWZ | 14^a in virtute tua γWZ | 14 *fin* fortitudines tuas $\gamma\xi\varphi\chi GRWZ$, fortitudinem tuam $\beta\mu$ | 1 in finem pro adsumptione matutina, verba christi cum pateretur R | 1 cerva matutina „*utrumque exemplar canonis*“ *Benedictinorum* Q, suscepcõe matutina γ | 1 canticum $\beta\gamma\mu\xi\varphi GWZ$, psalmus S, $> D$ | 1 *fin* + david $\beta\gamma\mu\xi\varphi$ *contra* $BDGWZ$ | 2 *post* deus *prius* + meus $\beta\mu\xi\varphi$ | 2 derelinquisti R | 3 meum R^1 | 4 *ad* laus S laudes | 6 salvati $\beta\mu G$, salvi facti $\gamma\xi\varphi RWZ$ | 7 *ad* homo S vir | 7 opprobrium G^2 (*prima manu callidissime scriptum*) Z | 7 dispectio R, abiectio γWZ | 7 *ad* plebis S populi | 8 subsannabant χG, subsanant γ | 8 capud R | 9 *init* revelat domino S | 9 wlt γ: *talia deinceps non notabo* | 10 es $> \beta\gamma\mu\xi\varphi RWZ$ | 11 *pro* vulva ξ utero | 11 es $\gamma\xi\varphi ABCDGRWZ$, $> \beta\mu$ | 12 recedas G, longe fias $\beta\mu\xi\varphi$, longe facias γRWZ *codices nonnulli Vallarsii* | 12 *ante* proxima + ibi *codices nonnulli Vallarsii* | 12 est *prius* $\gamma\xi\varphi GRWZ$ *codices nonnulli Vallarsii*, $> \beta\mu$ | 13 *ad* pingues S basan | 13 valluerunt R

me. [14] aperuerunt super me os suum quasi leo capiens et rugiens. [15] sicut aqua effusus sum, et separata sunt omnia ossa mea, factum est cor meum sicut cera liquefacta in medio ventris mei. [16] aruit velut testa fortitudo mea, et lingua mea adhaesit palato meo, et in pulverem mortis detraxisti me. [17] circumdederunt me venatores, concilium pessimorum vallavit me, vinxerunt manus meas et pedes meos. [18] numeravi omnia ossa mea, quae ipsi respicientes viderunt in me. [19] diviserunt vestimenta mea sibi, et super vestimentum meum miserunt sortem. [20] tu autem, domine, ne longe fias, fortitudo mea, in auxilium meum festina. [21] erue a gladio animam meam, de manu canis solitariam meam. [22] salva me ex ore leonis, et de cornibus unicornium exaudi me. [23] narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiae laudabo te. [24] qui timetis dominum, laudate eum, omne semen Iacob, glorificate eum, et metuite eum, universum semen Israhel: [25] quoniam non despexit neque contempsit modestiam pauperis, et non abscondit faciem suam ab eo, et cum clamaret ad eum, audivit. [26] apud te laus mea: in ecclesia multa vota mea reddam, in conspectu timentium eum. [27] comedent mites et saturabuntur, laudabunt dominum quaerentes eum: vivet cor vestrum in sempiternum. [28] recordabuntur et convertentur ad dominum omnes fines terrae, et adorabunt coram eo universae cognationes gentium, [29] quia domini est regnum, et dominabitur gen-

14 aperiverunt *R* | 14 quasi *γξφGRW²Z tres codices Vallarsii*, sicut *W¹*, > *βμ* | 14 rapiens *γξφ* | 15 effusum est *tres codices Vallarsii* | 15 sunt > *γ* | 15 caera *R* | 16 velud *γR* | 16 mea *alterum* > *R* | 16 palato meo *γξφBDGRWZ*, faucibus meis *βμ* | 17 *init* + quoniam *βμ contra γξφBDGRWZ* | 17 venatores *βγμξφ GRWZ*, canes *BDS* | 17 consilium *βγμφR* | 17 valluit *RW¹Z* | 17 me *alterum γξφBDGRWZ*, > *βμ* | 17 vinxerunt *BDGMNOPR et ni fallor L* [„*codex antiquior*“], finxerunt *γWZ*, cinxerunt *E*, fixerunt *βμξφFQ*, dixerunt *H* | 18 numera *R*, numeraverunt *γξ* | 19 sibi vestimenta mea *γWZ* (*in WZ initio novae paginae*) | 20 fias *βμG*, facias *γφχRWZ* | 20 festima *R¹ prima manu correctum* | 21 *ante* de + et *βμ* | 22 unicornorum *RWZ*, iu *G prima manu in litura habet, sed nunquam* or *fuisse certum* | 24 qui timetis *γξφGRWZ tres codices Vallarsii*, timentes *βμ* | 24 et > *γ* | 25 dispexit *R* | 25 exaudivit *βγμξφRWZ* | 27 comedunt *R¹*, comederet *γ* | 27 mices *γ* | 27 *pro* vestrum *γξWZ* eorum | 28 omnes *γξφGRWZ*, universi *βμ* | 28 eo *γξφGRWZ tres codices Vallarsii*, te *βμ* | 29 est *φGRW tres codices Vallarsii*, > *βμ*

tibus. [30] comederunt et adoraverunt omnes principes terrae: ante faciem eius curvabunt genu universi qui descendunt in pulverem, et anima eius ipsi vivet, [31] et semen serviet ei, narrabitur domino in generatione. [32] venient et adnuntiabunt iustitias eius populo qui nascetur, quas fecit.

23

[1] Canticum, David. Dominus pascit me, nihil mihi deerit. 22
[2] in pascuis herbarum adclinavit me, super aquas refectionis enutrivit me, [3] animam meam refecit, duxit me per semitas iustitiae propter nomen suum. [4] sed et si ambulavero in valle mortis, non timebo malum, quoniam tu mecum es: virga tua et baculus tuus, ipsa consolabuntur me. [5] pones coram me mensam ex adverso hostium meorum, inpinguasti in oleo caput meum, calix meus inebrians. [6] sed et benignitas et misericordia subsequitur me omnibus diebus vitae meae, et habitabo in domo domini in longitudine dierum.

24

[1] Canticum, David. Domini est terra et plenitudo eius, 23
orbis et habitatores eius, [2] quia ipse super maria fundavit

30 principes χG, pingues $\beta\mu\xi\varphi RWZ$, pigroes γ | 30 genu $\gamma\xi\varphi BDGRWZ$ (*puncta delentia in R scholiastae sunt*), $>\beta\mu$ | 30 universi $\gamma\xi\varphi BDGRWZ$, omnes $\beta\mu$ | 30 discendunt R | 30 *pro* eius *altero* γWZ mea | 30 ipsi $\gamma BDGRWZ$, non $\beta\mu\xi\varphi$ | 31 et $>\beta\gamma\mu\xi\varphi$, *delevit scholiasta in* R | 31 narrabunt γRWZ | 31 geratione W | 32 adorabunt γRWZ | 32 iusticias ξ, iustitiam $\beta\mu$, iusticiam $\gamma\varphi$, iustitia RW, iusticia Z. „*aliquot mss* iustitias .... quas“ *Martianay* . „*sunt e nostris mss qui heic* iustitias ..., *in subsequenti autem versiculo* quem *legant* .... *alii* quas, *et* iustitiam *tamen retineant*“ *Vallarsi* | 32 nascitur RWZ | 32 quam fecit $\beta\mu$, quem fecit φ, quem fecit dominus $\gamma\xi W$ (*sed* dominus *in W obelizatum*) Z | 1 canticum $\beta\gamma\mu GWZ$, psalmus $\xi\varphi RS$ | 1 *post* david + vox ecclesiae post baptismum R | 1 pastor meus S, *quae verba N in orationis continuitatem recepit* | 1 *post* me + et ξ | 2 acclinavit $\xi\varphi$ *tres codices Vallarsii*, accubavit $\beta\mu$, colocavit γ | 3 deduxit γRWZ | 4 *post* valle + umbrae $\beta\mu\varphi$ *contra* $\gamma\xi GRWZ$ *tres codices Vallarsii* | 4 es $>\beta\mu$ | 4 ipsa me consola ◣◣◣ Z | 5 mensam adversus hostes meos γ | 5 ex $>WZ$ | 5 in $>\xi\chi R$ | 5 *ante* calix + et φ | 6 subsequetur φ, subsequentur $\beta\mu\xi$, subsequantur χ | 1 canticum david $\beta\gamma\mu GWZ$, psalmus david φS, psalmus david prima sabbati ξ, psalmus prima sabbati [.] confirmatio populi credentis porte quas dicit peccata vel inferni [.] vox christi diligentibus se R | 2 qui R | 2 eum $\gamma\xi\varphi DGRWZ$ „*plures mss*“ *Gallorum*, eam $\beta\mu$ *duo codices Vallarsii scholiasta augiensis* | 2 il-

eum, et super flumina stabilivit illum. [3] quis ascendet in montem domini et quis stabit in loco sancto eius? [4] innocens manibus et mundo corde, qui non exaltavit frustra animam suam et non iuravit dolose. [5] accipiet benedictionem a domino, et iustitiam a deo salutari suo. [6] haec est generatio quaerentium eum, quaerentium faciem tuam, Iacob. SEMPER. [7] levate, portae, capita vestra, et elevamini, ianuae sempiternae, et ingrediatur rex gloriae. [8] quis est iste rex gloriae? dominus fortis et potens, dominus fortis in proelio. [9] levate, portae, capita vestra, et erigite, ianuae sempiternae, et ingrediatur rex gloriae. [10] quis est iste rex gloriae? dominus exercituum, ipse est rex gloriae. SEMPER.

25

24 [1] David. Ad te, domine, animam meam levabo: [2] deus meus, in te confisus sum, ne confundar: ne laetentur inimici mei. [3] sed universi qui sperant in te, non confundantur: confundantur qui iniqua gerunt frustra. [4] vias tuas, domine, ostende mihi: semitas tuas doce me. [5] deduc me in veritate tua et doce me: quia tu, deus, salvator meus, te expectavi tota die. [6] recordare miserationum tuarum, domine, et misericordiarum tuarum, quae a sempiterno sunt. [7] peccatorum adolescentiae meae et scelerum meorum ne memineris, secundum misericordiam

lum *γξφGRWZ duo codices Vallarsii*, illam *scholiasta augiensis*, eam *βμ*, eum *D „plures mss“ Gallorum* | 3 ascendit *γGRWZ* | 3 et *βγμξφGRWZ*, aut *χ* | 5 iustitiam *βμξφG*, misericordiam *γRWZ* | 6 est > *βμ* | 6 tuam > *γRWZ*, *eius loco* dei *ξ* | 6 semper *non minio sed atramento R*: sela *adest in ξ* | 7 *pro* elevamini *ξ* erigimini | 7 ingredietur *ξφ* | 8 fortis in proelio *GRWZ* (p̄lio *WZ*), potens in praelio *φ*, fortis in praelio *βμ*, fortis in prẹlio *ξ* | 9 erigite *βγμEFGHKLMNOPQW* (-tę *W*) *Z* (-ri▒-*Z*), eregite *R*, erigimini *ξφ* | 9 ingredietur *ξφ* | 10 exercituum — semper *prima manu in litura G* | 10 semper *hoc loco adest in γWZ* | 1 david *βμGWZ*, psalmus david *γξφ*, psalmus davit canticum *R* | 1 levabo *ξφABCDGRWZ*, levo *βμ*, levavi *γ* | 2 in te *prima manu serius scripta R* | 2 confisus *γξφABCDGRWZ*, fisus *βμ* | 2 non confundar *γφ* | 2 *ad* ne laetentur *S* neque exsultent in me | 2 *post* laetentur + in me *γ*, *idem sed obelizatum WZ* | 2 *fin* + mihi *φ* | 3 *priori loco* confundentur *φ* | 4 *ante* semitas + et *ξφ* | 5 *pro* veritate *Q „solus“* virga | 5 *post* tu + es *γξφχRWZ* | 5 deus > *γ* | 6 quae *γDGRWZ*, quia *βμξφ* | 6 a sempiterno *γφGWZ*, ex sempiterno *ξDR*, a saeculo *βμ* | 6 sunt > *γ* | 7 adoliscentiae *R* | 9 tuam *prius* > *γWZ* | 7 *post* mei + tu *βμξφ contra γχGRWZ*

tuam recordare mei propter bonitatem tuam, domine. [8]bonus et rectus dominus: propterea docebit peccatores in via. [9]deducet mansuetos in iudicio, et docebit modestos viam suam. [10]omnes semitae domini misericordia et veritas his qui custodiunt pactum eius et testificationem eius. [11]propter nomen tuum propitiare iniquitati meae, quoniam grandis est. [12]quis est iste vir timens dominum, quem docebit in via quam elegerit? [13]anima eius in bono commorabitur, et semen eius hereditabit terram. [14]secretum domini timentibus eum, et pactum suum ostendet eis. [15]oculi mei semper ad dominum, quia ipse educet de rete pedes meos. [16]respice in me et miserere mei, quoniam solus et pauper sum ego. [17]tribulationes cordis mei multiplicatae sunt: de angustiis meis educ me. [18]vide afflictionem meam et laborem meum, et porta omnia peccata mea. [19]vide inimicos meos, quia multiplicati sunt et odio iniquo oderunt me. [20]custodi animam meam et libera me: non confundar, quia speravi in te. [21]simplicitas et aequitas servabunt me, quia expectavi te. [22]redime, deus, Israhel ex omnibus angustiis suis.

26

[1]Psalmus, David. Iudica me, deus, quoniam ego in sim- 25
plicitate mea ambulavi, et in domino confidens non deficiam. [2]proba me, domine, et tempta me, ure renes meos et cor meum. [3]quia misericordia tua in conspectu oculorum meorum est, et ambulabo in veritate tua. [4]non sedi cum viris vanitatis, et cum superbis non ingrediar. [5]odivi ecclesiam pessimorum,

10 iis *ξ* | 10 testificationes *βγμξqRWZ* [-cacōs *γ*] | 11 *post* tuum + domine *βμξφ* | 11 iniquitatis *γRWZ* | 12 iste > *γ* | 12 elegit *γξqRWZ* | 14 decretum *χ* | 14 ostendit *βγμ* | 14 *fin* ei *γ* | 15 reti *βμφ*, rethe *γ*, rẹti *ξ* | 16 sum > *βμ*: *Vallarsius h id est scholiastam mihi S dictum* sum *addere scribit. sed Martianay de S tacet: legendumne* al = *χ apud Vallarsium*? | 17 multiplicatae *qABCDGRWZ quatuor codices Gallorum*, m̄ltiplicate *γ*, multiplicate *ξ*, amplificatae *βμ* | 18 afflictionem *G*, humilitatem *γξqRWZ* | 18 parca *γ*| | 19 quoniam *βγμ* | 19 hodio *R* | 20 quia *ξG*, qua *R*, quoniam *βγμφWZ* | 22 redeme *R* | 23 israhelem *R*, israęlem *ξ*, hierusalem *G*, israel *βμφ* | 1 *seqq de γZ vide praefationem* | 1 psalmus > *βμφ* | 1 *post* david + profeta de se testatur *R* | 1 deus *ξqχGRW*, domine *βμ* | 1 quia *βμ* | 2 domine *βμξqGRW*, deus *χ* | 2 temta *R* | 2 *ad* ure *S* confla | 3 est *ξqχGRW*, > *βμ* | 3 ambulabam *R* | 4 *pro* superbis *WZ* iniqua gerentibus | 5 *ad* iniquis *S* impiis

et cum iniquis non sedebo. [6]lavabo in innocentia manus meas et circumdabo altare tuum, domine, [7]ut clara voce praedicem laudem et narrem omnia mirabilia tua. [8]domine, dilexi habitaculum domus tuae et locum tabernaculi gloriae tuae. [9]ne auferas cum peccatoribus animam meam, cum viris sanguinum vitam meam, [10]in quorum manibus scelus est, et dextera eorum repleta est muneribus. [11]ego autem in simplicitate mea gradiar: redime me et miserere mei. [12]pes meus stetit in recto: in ecclesiis benedicam domino.

27

26 [1]David. Dominus lux mea et salutare meum, quem timebo? dominus fortitudo vitae meae, quem formidabo? [2]cum adpropinquarent mihi maligni, ut comederent carnem meam, hostes mei et inimici mei, ipsi inpegerunt et ceciderunt. [3]si steterint adversum me castra, non timebit cor meum: si surrexerit contra me bellum, in hoc ego confidam. [4]unum petivi a domino, hoc requiram, ut habitem in domo domini omnibus diebus vitae meae, ut videam pulchritudinem domini et adtendam templum eius. [5]abscondet enim me in umbra sua in die pessima: abscondet enim me in secreto tabernaculi sui: in petra exaltabit me. [6]nunc quoque exaltabit caput meum super inimicos meos, qui sunt in circuitu meo, et immolabo in tabernaculo eius hostias iubili, cantabo et psallam domino. [7]audi, domine, vocem meam invocantis, miserere

6 ad manus *S* palmas | 6 circumdabo *G tres codices Vallarsii*, circuibo $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 7^{a} $\beta\mu\xi GRW$, ut audiam vocem laudis φ | 7 et enarrem φ | 9 ne auferas $\beta\mu\xi\varphi GRW$, ne congreges *A*, ne apponas *S* | 9 *post* meam *prius* + et $\beta\mu\xi\varphi$ | 10 est *prius* $\xi\varphi\chi GRW$, > $\beta\mu$ | 10 repletas *R*, *a scholiasta correctum* | 11 in $\beta\mu\xi\varphi GW$ (*sed obelizatum W*), > *R*, *in quo scholiasta addidit* | 11 grediar RW^{1} | 11 redeme *R* | 12 *post* pes + enim χ | 12 in *prius* > *RWZ* | 12 recta *WZ* | 12 dominum *R* | 1 david $\beta\mu\varphi GW$, psalmus david ξ, psalmus david priusquam ungueretur ad eos qui primum ingrediuntur in dominicum legendus ad lectionem esaiae prof [65, 13] ecce qui serviunt ti[bi] bona manducabunt *R* | 2 cum *G*, quum $\beta\mu$, dum $\xi\varphi RW$ | 2 appropinquarent *W* | 2 inpigerunt *RW*, impegerunt $\beta\mu\xi\varphi$ | 3 steterunt R^{1} | 3 adversus $\beta\mu\xi\varphi R$ | 3 me *alterum* > *RWZ* | 4 *G* v *alteram vocis* Vnvm *prima manu in litura habet* | 4 petii $\beta\mu$ | 4 pulcritudinem *R* | 4 attendam *W* | 4 *ante* templum + in $\beta\mu$ | 5 *init* abscondit φRW | 5 *med* abscondit *R*, absconđ *WZ* | 5 *med* enim > $\beta\mu\xi\varphi$ | 6 exaltabit χG, exaltavit $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 6 hostiam ξR | 7 *ante* miserere + et $\beta\mu$

mei et exaudi me. [8]tibi dixit cor meum, quaesivit vultus meus: faciem tuam, domine, requiram. [9]ne abscondas faciem tuam a me, ne declines in furore tuo a servo tuo. auxilium meum fuisti: ne derelinquas me et ne dimittas me, deus salvator meus. [10]pater enim meus et mater mea dereliquerunt me, dominus autem collexit me. [11]ostende mihi, domine, viam tuam, et deduc me in semita recta propter insidiatores meos. [12]ne tradas me, domine, animae tribulantium me: quoniam surrexerunt contra me testes falsi et apertum mendacium. [13]ego autem credo quod videam bona domini in terra viventium. [14]expecta dominum, confortare, et roboretur cor tuum, et sustine dominum.

28

[1]David. Ad te, domine, clamabo, fortis meus, ne obsur- 27
descas mihi, ne forte tacente te mihi conparer his qui descendunt in lacum. [2]audi, domine, deprecationem meam, cum clamavero ad te, cum levavero manus meas ad oraculum sanctum tuum. [3]ne tradas me cum impiis et cum operantibus iniquitatem, qui locuntur pacem cum amicis suis, et est malum in corde eorum. [4]da eis secundum opus suum et secundum malum adinventionum suarum: iuxta opus manuum suarum da eis: redde retributionem suam illis. [5]quoniam non intellegunt opera domini et opus manuum eius, destrues eos et non aedificabis. [6]benedictus dominus, quia audivit vocem deprecationis meae. [7]dominus fortitudo mea et scutum meum: in ipso confisum est cor meum, et habui adiutorium: gavisum est cor meum,

8 *ante* requiram + et ξ*WZ* | 9 a me > *D* | 9 tuo *prius* ξφ*BGRW*, > *βμ* | 9 relinquas *R* | 9 demittas *R* | 10 collegit *βμ*ξφ | 11 *ad* ostende *S* illustra | 11 *ad* insidiatores *S* decantatores | 12 domine *BDGRW*, > *βμ*ξφ | 13 nisi ego credidissem quod viderem bona domini *S* | 13 credebam *χ* | 13 quo *R* | 14 confortare > *RWZ* | 1 david *βμ*ξφ*GW*, huic david psalmus legendus ad lectionem danihelis profetę de iudaeis christo dicit *R* | 1 te *alterum* > *G* | 1 comparer *G*, cōparer *W* | 1 iis ξ | 1 discendunt *R* | 2 domine deprecationem meam ξ*BDGRW*, vocem depraecationis meae φ, vocem deprecationum mearum *βμ* | 3 tradas ξφ*χGRW*, trahas *βμ* | 3 loquuntur *βμ*ξφ*G*²*RW* | 3 cum *tertium* > *RW* | 3 *ad* amicis *S* sodalibus | 5 intellegunt opera *GRZ*, intellexerunt opera *tres codices Vallarsii*, intelligunt opera „*alii mss*“ *apud Vallarsium* [*qui quatuor habet*] ξφ*W*, intelligunt in opera *βμ* | 6 qui ξ*R*, quoniam φ*WZ*

et in cantico meo confitebor illi. [8]dominus fortitudo mea, et robur salutarium Christi sui est. [9]salva populum tuum et benedic hereditati tuae et pasce eos et subleva eos usque in sempiternum.

29

28 [1]Canticum, David. Adferte domino filios arietum, adferte domino gloriam et imperium. [2]adferte domino gloriam nomini eius, adorate dominum in decore sancto. [3]vox domini super aquas, deus gloriae intonuit, dominus super aquas multas. [4]vox domini in fortitudine, vox domini in decore. [5]vox domini confringentis cedros, et confringet dominus cedros Libani. [6]et disperget eas quasi vitulus Libani, et Sarion quasi filius rinocerotis. [7]vox domini dividens flammas ignis, [8]vox domini parturire faciens desertum Cades. [9]vox domini obstetricans cervis et revelans saltus, et in templo eius omnis loquetur gloriam. [10]dominus diluvium inhabitat, et sedebit dominus rex in aeternum. [11]dominus fortitudinem populo suo dabit, dominus benedicet populo suo in pace.

30

29 [1]Psalmus cantici pro dedicatione domus, David. [2]Exaltabo te, domine, quoniam salvasti me et non delectasti inimicos meos super me. [3]domine deus meus, clamavi ad te, et sanasti me. [4]domine, eduxisti de inferno animam meam, vi-

8 mea $\xi\varphi BDGRW$, eorum $\beta\mu$ | 9 haereditati G | 9 sava R | 9 *ad* sempiternum S saeculum | 1 canticum $\beta\mu GW$, psalmus $\xi\varphi RS$ | 1 *post* david + in consummatione tabernaculi ad superpositionem diei sabbati paschę postquam consummata est ecclesia christi R | 1 *priori loco* afferte G^2, *utroque loco* W | 1 *ad* imperium S fortitudinem | 2 afferte G^2W | 5[a] confringens ξ | 5 *utroque loco* caedros R, cędros W | 6 vitulus libani $\xi ABCDGLPRW$, vitulum libanum $\beta\mu$, vitulus libanus φ, *ubi* Libani *cum* vitulus *iungunt* ξ *et codices excepto* R, *qui ab altera manu ante* Libani *punctum habet*: φ Libanus *ad sequentia trahit ut* $\beta\mu$ Libanum *eodem trahunt* | 6 filius $\varphi ABCDGLPRW$, filium $\beta\mu$ | 6 rinocerotis $GLPZ$, renocerotis R, renocerōtis W, rhinocerotis $\xi\varphi ABCD$, rhinocerotum $\beta\mu$ | 8 *pro* parturire faciens D turbat | 8 *post* desertum + parturire faciet dominus desertum $\beta\mu\xi\varphi$, + turbat dominus desertum D, *contra* $GRWZ$ | 8 caddes ξ | 9 cervis $\xi\varphi\chi GRW$, cervas $\beta\mu$ | 9 loquitur $\beta\mu$ | 9 gloria R | 11 *pro* fortitudinem χ legem | 1 ad dedicationem $\xi\varphi R$ | 1 *post* david + profeta ad patrem et ad filium dicit de pascha christi futura ecclesia orat cum laude R | 2 dilatasti $\xi\varphi RW$, laetificasti S | 3 dominus G | 4 de $\beta\mu G$, ex $\xi\varphi RW$ | 4 discenderem R

vificasti me, ne descenderem in lacum. [5]cantate domino, sancti eius, et confitemini memoriae sanctitatis eius. [6]quoniam ad momentum est ira eius, et vita in repropitiatione eius: ad vesperum commorabitur fletus, et in matutino laus. [7]ego autem dixi in abundantia mea „non commovebor in sempiternum“. [8]domine, in voluntate tua posuisti monti meo fortitudinem: abscondisti faciem tuam a me, et factus sum conturbatus. [9]ad dominum clamabo, et dominum deprecabor. [10]quae est utilitas in sanguine meo, cum descendero in corruptionem? numquid confitebitur tibi pulvis aut adnuntiabit veritatem tuam? [11]audi, domine, et miserere mei: domine, esto adiutor meus. [12]convertisti planctum meum in chorum mihi, solvisti saccum meum et accinxisti me laetitia, [13]ut laudet te gloria et non taceat: domine deus meus, in sempiternum confitebor tibi.

31

[1]Victori canticum, David. [2]In te, domine, speravi, non 30
confundar in aeternum: in iustitia tua salva me. [3]inclina ad me aurem tuam, velociter libera me, esto mihi in lapidem fortissimum et in domum munitam, ut salves me. [4]quia petra mea et munitio mea tu es, et propter nomen tuum dux meus eris et enutries me. [5]educes me de rete, quod absconderunt mihi, quia tu fortitudo mea es. [6]in manu tua commendabo spiritum meum, redemisti me, domine deus veritatis. [7]odisti custodientes vanitates frustra, ego autem in domino confisus sum.

5 *ad* cantate *S* psallite | 5 *ad* sancti *S* misericordes | 5 memoria *WZ* | 6 et *prius* > $\beta\mu$ | 7 habundantia *RW* | 7 movebor φRW^1, *sed* $Z = G$ | 7 *ad* sempiternum *S* saeculum | 8 posuisti $\varphi\chi GRW$, statuisti $\beta\mu\xi$ | 8 morti meae *RW* | 8 a me $\xi\varphi DGRW$, > $\beta\mu$ | 9 *init* ad dominum $\xi\varphi DGRW$, ad te domine $\beta\mu$ | 9 *post* et + ad $\beta\mu$ | 10 cum ξGR, quum $\beta\mu$, dum φW | 10 discendero *R*, descendo χW (*in W* o *prima manu in litura*) *Z* | 10 nunquid *G* | 10 tibi > *R* | 11 meus χG, mihi $\beta\mu$, > $\xi\varphi RWZ$ | 12 accinxisti $\beta\mu\xi\varphi G$, unxisti *RWZ* | 12 me > *G* | 13 psallat tibi *S* | 13 *ad* sempiternum *S* saeculum | 13 confitebitur *R* | 1 victori canticum david $\beta\mu GW$, victori psalmus david $\xi\varphi S$, in finem psalmus david hic fidei confessio credentium dm̄ huic dd vox christi in passione de iudaeis dicit *R* | 2 *ad* aeternum *S* saeculum | 2 tua iustitia *R* | 2 *ad* salva *S* eripe | 3 ad me > *RW* | 3 tuam > G^1 | 3 et > $\beta\mu$ | 4 es $\xi\varphi\chi GRW$, > $\beta\mu$ | 4 dux meus eris $\xi\varphi DGRW$, deduces me $\beta\mu$ | 5 reti $\beta\mu\xi$ | 5 *pro* quod *WZ* quem | 5 es > $\beta\mu$ | 6 commendo χ | 7 odisti $\xi\varphi ABCDGRW$ „*mss quamplures*“ *Gallorum*, odivi $\beta\mu$

[8]exultabo et laetabor in misericordia tua, quia vidisti adflictionem meam, cognovisti tribulationes animae meae [9]et non conclusisti me in manibus inimici, posuisti in latitudine pedes meos. [10]miserere mei, quoniam tribulor, caligavit in furore oculus meus, anima mea et venter meus, [11]quia consumptae sunt in moerore vitae meae et anni mei in gemitu, infirmata est in iniquitate mea fortitudo mea, et ossa mea contabuerunt. [12]apud omnes hostes meos factus sum obprobrium et vicinis meis nimis, et timor notis meis: qui videbant me in plateis, fugiebant me: [13]oblivioni traditus sum quasi mortuus a corde. factus sum quasi vas perditum: [14]audivi enim obprobrium multorum, congregationem in circuitu, cum inirent consilium adversum me et ut auferrent animam meam cogitarent. [15]ego autem in te speravi, domine: dixi „deus meus es tu: [16]in manu tua tempora mea“. libera me de manu inimicorum meorum et persequentium me. [17]ostende faciem tuam super servum tuum, salva me in misericordia tua, [18]domine, ne confundar, quia invocavi te: confundantur impii, taceant in inferno: [19]muta fiant labia mendacii, quae locuntur contra iustum vetera in superbia et despectione. [20]quia multa est bonitas, quam abscondisti timentibus te, operatus es sperantibus in te, in conspectu filiorum hominum. [21]abscondes eos in protectione vultus tui a duritia viri, abscondes eos in umbra a contradictione linguarum. [22]benedictus dominus, qui mirabilem fecit misericordiam suam mihi

8 vidisti $\beta\mu\xi\varphi GRW$, audisti χ | 8 afflictionem GW | 8 *ante* cognovisti + et ξ | 9 manibus ξGRW *duo codices Vallarsii*, manu $\beta\mu\varphi$ | 9 posuisti $\xi DGRW$, statuisti $\beta\mu\varphi$ | 10 *post* mei + domine $\beta\mu\xi\varphi$ | 11 merore GRW | 11 infirmata est $\beta\mu\xi\varphi GRW$, corruit D | 11 in *tertium* $\beta\mu\xi\varphi DG$, > RW | 11 mea *primum* > $\xi\varphi G$ | 11 fortitudo $\beta\mu\xi DGRW$, virtus φ | 12 vicinis nimis meis RWZ (W *prima manu* nimis *in litura*) | 12 quia G | 12 *post* fugiebant + a $\beta\mu\varphi$ | 13 quasi vas $\xi\varphi\chi GRW$, sicut vas $\beta\mu$ | 14 congregatione φ, congregatorum WZ | 14 cum ξGRW, quum $\beta\mu$, dum φ | 14 cogitarent χG, cogitaverunt $\beta\mu\xi\varphi$, > RWZ | 15 dixi > RWZ | 15 es > $\beta\mu$ | 17 ostende $\xi\varphi ABCDGRW$ „*aliquot mss*“ *Gallorum*, illumina $\beta\mu$ | 17 me > D | 18 ne $\xi\varphi\chi GR$ [e *prima manu in rasura*] W, non $\beta\mu$ | 18 quoniam φ | 18 *post* impii + et ξ | 18 tacent RWZ | 19 *pro* mendacii WZ dolosa | 19 loquuntur $\beta\mu\xi\varphi GW$ | 19 vetera $\beta\mu\xi GRWZ$ „*omnes mss codices*“ *Gallorum*, dura φ, erecta D | 19 dispectione R | 20 quia DG, quam $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 20 *post* bonitas + tua $\beta\mu\xi\varphi$ | 20 es > G | 21 tu R | 22 qui $\beta\mu\xi GRW$, quoniam φ.

in civitate munita. [23]ego autem dixi in stupore meo „proiectus sum de conspectu oculorum eius“. ergone audisti vocem deprecationis meae, cum clamarem ad te. [24]diligite dominum, omnes sancti eius: fideles servat dominus et retribuet his qui satis operantur superbiam. [25]confortamini, et roboretur cor vestrum, omnes qui expectatis dominum.

32

[1]David eruditi. Beatus cui dimissa est iniquitas et ab- 31
sconditum est peccatum. [2]beatus homo cui non inputabit dominus iniquitatem nec est in spiritu eius dolus. [3]quia tacui, adtrita sunt ossa mea, in rugitu meo tota die. [4]die enim et nocte gravatur super me manus tua: SEMPER: versatus sum in miseria mea, cum exardesceret messis iugiter. [5]peccatum meum notum facio tibi, et iniquitatem meam non abscondo. dixi „confitebor scelus meum domino“, et tu dimisisti iniquitatem peccati mei. [6]pro hoc orat omnis sanctus ad te, tempus inveniens, ut cum inundaverint aquae multae, ad illum non accedant. [7]tu es protectio mea, ab hoste custodies me, laus mea salvans, circumdabis me. SEMPER. [8]doceam te, et monstrabo tibi viam per quam ambules, cogitabo de te oculo meo. [9]nolite fieri sicut equus et mulus, in quibus

23 eius *GRW tres codices Vallarsii*, tuorum *βμξφ* | 23 exaudisti W^1, $Z = GRW^2$ | 23 dum *WZ* | 24 *ad* sancti *S* misericordes | 24 *„tres mss* retribuet *et* retribuit“ *Vallarsi.* tribuit *βμ* | 24 iis *ξ* | 25 nostrum *G* | 1 huic david post babtismum vox paenitentium *R* | 1 eruditi *ABCDGW „mss nonnulli“ Gallorum*, erudito *βμ*, eruditio *ξφ* | 1 et > *βμ* | 2 imputabit *βμGW*, imputavit *ξφχ* | 3 attrita *GW* | 4 semper > *βμ*[*ξ*]*φR*[*W*]| 4 messis *βμξGW*, mensis *R*, me aestas *duo codices Gallorum*, aestas *φ* | 5 fatio R^1, faciam *φ* | 5 abscondo *ξABCDGRW*, abscondi *βμφ* | 5 scelus meum *ξφABCDGR*^{2} [*schol*] *W*, sceles meum R^1, scelera mea *βμ* | 5 *ad* dimisisti *S* abstulisti | 5 *fin* + semper *βμ*, + sela *ξ* | 6 hoc orat *ABCDGRW*, hac orat *βμξ*, hac orabit *φ* | 6 *ad* sanctus *S* misericors, *pro* sanctus *ξφ* misericors | 6 ad te > *R* | 6 *ante* tempus + ad *βμR contra ξφABCDGW* | 6 veniens *R* | 7 es *ξφχGRW*, > *βμ* | 7 semper > *R*, sela *adest in ξ* | 8 doceam *DG*, docebo *ξφRWZ „plerique cum editis“ apud Vallarsium „mss quamplures“ Gallorum*, erudiam *βμ* | 8 monstrabo *ξφDGRW* [*„plerique“*? *omisso* et?] *„mss quamplures“ Gallorum*, illuminabo *βμ* | 9 in quibus *χGRWZ*, quibus *βμξφ* | 9 intelligentia *W*, *Z* = *GR* | 9 chamo *G* | 9 eorum constringe *ξφABCDGRWZ „plures codices mss“ Gallorum*, eius constringis *βμ* | 9 qui non accedunt *ξφABCGRWZ „plures codices mss“ Gallorum*, qui non accedit *D*, ut

non est intellegentia: in camo et freno maxillas eorum constringe, qui non accedunt ad te. [10] multi dolores impii, confidentem autem in domino misericordia circumdabit. [11] laetamini in domino et exultate iusti, et laudate omnes recti.

33

32 [1] Laudate iusti dominum, rectos decet conlaudatio. [2] confitemini domino in cithara, in psalterio decachordo cantate ei. [3] cantate ei canticum novum: diligenter psallite in iubilo. [4] quia rectum est verbum domini, et omne opus eius in fide. [5] diligit iustitiam et iudicium, misericordia domini plena est terra. [6] verbo domini caeli facti sunt, et spiritu oris eius omnis ornatus eorum. [7] congregans quasi in utre aquas maris, ponens in thesauris abyssos. [8] timeat dominum omnis terra, ipsum formident universi habitatores orbis. [9] quia ipse mandavit et factus est: ipso praecipiente stetit. [10] dominus dissolvit consilium gentium, inritas fecit cogitationes populorum. [11] consilium domini in aeternum stabit, cogitationes cordis eius in generatione et generatione. [12] beata gens cuius dominus deus eius, populus quem elegit in hereditatem sibi. [13] de caelo respexit dominus, vidit omnes filios Adam. [14] de firmissimo solio suo prospexit ad universos habitatores terrae, [15] fingens pariter cor eorum, intellegens omnia opera eorum. [16] non salvatur rex in multitudine exercitus, nec fortis liberabitur in multiplicatione virtutis. [17] fallax equus ad salutem, et in

non appropinquet $\beta\mu$ | 10 autem $>$ G | 11 *post* laudate + eum φRWZ | 11 *post* recti + corde $\beta\mu\xi\varphi$. *in* W (*non in* Z) *post* recti *rasura* | 1 *praemittit* psalmus david propheta cum laude dei populum hortatur R | 1 collaudatio χ, laudatio $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 2 decacordo G | 2 cantate $\xi\varphi\chi GRW$, psallite $\beta\mu$ | 3 diligenter $\xi\varphi ABCDG^2RW$ „*plures mss*“ *Gallorum*, diligiter G^1, bene $\beta\mu$ | 4 quia βG, quam ξRW, quoniam φ, qua μ (*errore*) | 4 eius $>$ ξRWZ | 6 verbo $\xi\varphi\chi GRWZ$, in verbo $\beta\mu$ | 6 firmati $\xi\varphi RWZ$ | 6 eius $>$ G | 7 tesauris G | 7 abysos R | 8 a domino χ | 9[a] ipse $>$ RWZ | 9 mandavit $\xi GRWZ$, dixit $\beta\mu\varphi$ | 10 solvit $\beta\mu$ | 10 consilia RW | 10 irritas GW | 10 facit φRW | 11 *post* consilium + autem ξ | 12 *post* elegit + dominus B | 13 prospexit $\beta\mu$ | 14 firmissimo solio suo $\xi\varphi BGRW$, firmissima sede sua $\beta\mu$ | 14 perspexit φ | 14 ad $>$ ξRW | 15 figens R | 15 intelligens W | 16 salvatur $\varphi ABCDGR^2W$, salvabitur R^1? $\beta\mu\xi$ | 16 ne forte R | 16 multiplicatione $\beta\mu G$ (*sed* plicatio *prima manu in litura* G), multitudine $\xi\varphi RW$ | 17 eqvs G^1, ęquus W | 17 roboris sui $\beta\mu\xi GRW$, virtutis suae φ | 17 fallabit R

multitudine roboris sui non salvabit. [18] ecce oculi domini super timentes eum et expectantes misericordiam eius, [19] ut eruat de morte animam eorum et vivificet eos in fame. [20] anima nostra expectavit dominum: auxilium nostrum et clipeus noster est. [21] in ipso enim laetabitur cor nostrum, quia in nomine sancto eius speravimus. [22] sit misericordia tua, domine, super nos, sicut expectavimus te.

34

[1] David, quando commutavit os suum coram Abimelech, 33 et eiecit eum, et abiit. [2] Benedicam domino in omni tempore, semper laus eius in ore meo. [3] in domino laudabitur anima mea, audiant mites et laetentur. [4] magnificate dominum mecum, et exaltemus nomen eius pariter. [5] quaesivi dominum, et exaudivit me, et de omnibus angustiis meis liberavit me. [6] respicite ad eum et confluite, et vultus vestri non confundentur. [7] hic pauper clamavit, et dominus exaudivit, de omnibus tribulationibus salvavit eum. [8] circumdat angelus domini in gyro timentes eum, et eruet eos. [9] gustate et videte quoniam bonus dominus: beatus vir qui sperat in eo. [10] timete dominum, sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum. [11] leones indiguerunt et esurierunt, quaerentibus autem dominum non deerit omne bonum. [12] venite, filii, audite me, timorem domini docebo vos. [13] quis est vir qui velit vitam, diligens dies videre bonos? [14] custodi linguam tuam a malo et labia tua ne loquantur dolum. [15] recede a malo et fac bonum, quaere pacem et persequere eam. [16] oculi domini ad iustos, et aures eius ad clamores eorum. [17] vultus domini super facientes malum, ut perdat de terra memoriam eorum. [18] clamaverunt, et dominus exaudivit,

18 oculus $\beta\mu\xi\varphi$ | 18 et $\xi\chi GRW$, ad $\beta\mu\varphi$ | 19 animas $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 20 clepeus W | 22 fiat φRW | 22 *ante* te + in $\xi\varphi RW$ | 1 quando > R | 1 commotavit vultum R | 1 *ad* os S saporem | 1 et eiecit $\beta\mu\xi\varphi GW$, dimisit R | 1 *fin* + vox fidei per ieiunium R | 2 dominum $\beta\mu\varphi$. *in* W o *altera vocis* domino *in litura* | 3 laetabitur „*exemplaria canonis et aliquot mss codices*“ *Gallorum* | 3 audient φR | 3 *pro* mites ξ mansueti | 5 de $\xi\varphi GRW$, ex $\beta\mu$ | 6 aspicite φ | 7 *ante* de + et $\beta\mu\xi\varphi$ | 7 *post* tribulationibus + eius $\beta\mu\varphi$ *contra* $ABCDGRW$ | 7 salvabit ξW | 8 circumdat $ABCDGRW$, circundat $\xi\varphi$, circumdabit $\beta\mu$ | 8 giro G | 11 non deerit > G^1 | 11 *fin* + semper R | 12 *ad* venite S ambulate | 12 fili R | 16 clamorem ξ | 17 *ad* super S in | 17 mala $\xi\varphi RW$ | 18 *post* cla-

et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos. [19] iuxta est dominus contritis corde, et confractos spiritu salvabit. [20] multae tribulationes iusti, et ex omnibus illis liberabit eum dominus. [21] custodit omnia ossa eius: unum ex eis non confringetur. [22] interficiet impium malitia, et odientes iustum superabuntur. [23] redimet dominus animas servorum suorum, et non peccabunt omnes sperantes in eo.

35

34 [1] David. Iudica domine adversarios meos, pugna contra pugnantes me. [2] adprehende scutum et hastam, et consurge in auxilium mihi. [3] evagina gladium et praeoccupa ex adverso persequentem me: dic animae meae „salus tua ego sum“. [4] confundantur et revereantur qui quaerunt animam meam, convertantur retrorsum et confundantur qui cogitant malum mihi. [5] fiant sicut pulvis ante faciem venti, angelus domini inpellat. [6] sit via eorum tenebrae et lubricum, et angelus domini persequatur eos. [7] quia frustra absconderunt mihi insidias retis sui, sine causa foderunt animae meae. [8] veniat ei calamitas quam ignorat, et rete suum quod abscondit conprehendat eum, et cadat in laqueum. [9] anima autem mea exultabit in domino, et laetabitur in salute sua. [10] omnia ossa mea dicent „domine, quis similis tui?, eruens inopem a validiore, et pauperem et mendicum a violento“. [11] surgentes testes iniqui quae nesciebam interrogabant me. [12] reddebant mihi mala pro bono, sterilitatem animae meae. [13] ego autem cum infirma-

maverunt + iusti ξDWZ, *sed* W *obelizatum* | 20 *init* multa mala S | 20 iusti $\xi q\chi GRW$, iusto $\beta\mu$ | 20 liberavit χRW | 22 superabuntur $ABCD$ $GRWZ$, culpabuntur $\beta\mu\xi\varphi$ | 23 redemet RW | 23 *ad* peccabunt S culpabuntur | 1 david $\beta\mu\xi\varphi GW_*$, huic david vox christi in passione de iudeis dicit R | 1 impugnantes $\beta\mu\xi\varphi$ | 2 adpręhende R, apprehende W | 2 astam R, contum χ | 2 surge $\beta\mu$ | 2 mihi χG, meum $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 3 praeoccupa $\beta\mu\xi\varphi R$, *sed* eoc R *in litura habet*: pręocupa G, p̄occupa W | 3 persequentes $\beta\mu\xi$ | 3 sum $\xi q\chi GRW$, > $\beta\mu$ | 4 mihi mala WZ | 5 *ante* angelus + et $\beta\mu\xi\varphi W^1$ | 5 impellat GW | 8 eis χ | 8 comprehendat G, conpraehendat R, comp̄hendat W | 8 *fin* in calamitatem S | 9 exsultabit $\beta\mu$, exultavit R | 9 et > $\beta\mu$ | 9 sua $\beta\mu\xi\varphi GW$ (*sed in* W *praecedit liturula*) Z, tua χR | 10 eripiens φ | 10 et *prius* > WZ | 10 *pro* et *altero* ac $\beta\mu$ | 12 sterelitatem R | 13 infirmarer ab eis $\xi\varphi GRWZ$ *duo codices Vallarsii quatuor Gallorum*, infirmarentur $\beta\mu$ | 13 ad $\xi\chi G$, in $\beta\mu\varphi RW$ | 13 convertetur WZ

rer ab eis induebar cilicio, humiliabam in ieiunio animam meam, et oratio mea ad sinum meum revertetur. [14] quasi ad amicum, quasi ad fratrem meum, sic ambulabam, quasi lugens mater tristis incurvabar. [15] et in infirmitate mea laetabantur et congregabantur, collecti sunt adversum me percutientes, et nesciebam, scindentes, et non tacentes: [16] in simulatione verborum fictorum frendebant contra me dentibus suis. [17] domine, quanta aspicies? converte animam meam a calamitatibus suis, a leonibus solitariam meam. [18] confitebor tibi in ecclesia grandi, in populo forti laudabo te. [19] non laetentur super me inimici mei mendaces, odientes me frustra, conniventes oculo. [20] non enim pacem loquuntur, sed in rapina terrae verba fraudulenta concinnant. [21] et dilataverunt super me os suum, dixerunt „vah vah, vidit oculus noster“. [22] vidisti, domine, ne taceas: domine, ne elongeris a me. [23] consurge et vigila in iudicium meum, deus meus et dominus in causam meam. [24] iudica me secundum iustitiam meam, domine deus meus, et ne insultent mihi. [25] ne dicant in corde suo „vah vah“ animae nostrae, ne dicant „absorbuimus eum“. [26] confundantur et revereantur pariter qui laetantur in adflictione mea, induantur confusione et verecundia qui magnificantur super me. [27] laudent et laetentur qui volunt iustitiam meam, et dicant semper, „magnificetur dominus“ qui volunt pacem servi sui. [28] et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam.

36

[1] Pro victoria, servi domini David. [2] Dixit scelus impii 35

14 *ad* amicum *S* sodalem | 15 in > *RW* | 15 adversus *βμ* | 15 scindentes *βμξφGNOW*^{2}, scidentes *RW*^{1} | 15 tacentes *βμξφGRW*, fundentes sanguinem *NO*^{2} | 17 aspicies *ξφχGRW*, videbis *βμ* | 17 suis *ξφχGRW*, eorum *βμ* | 18 eclesia *G*^{1} | 18 grandi *βμξφGRW*, magna *χ* | 19 conniventes *RWZ*, conibentes *G*^{1}, conhibentes *G*^{2}, cohibentes *χ*, conniventes *βμξφ* | 22 sileas *ξ* | 22 longeris *R* | 23 *ad* consurge *S* expergiscere | 23 evigila *ξ*, vigilla *R*^{1} | 23 in *prius* > *χWZ* | 23 dominus *G*, domine *βμ*, dominus meus *ξφχRWZ* | 24 meam *ξGRWZ*, tuam *βμφ* | 25 *init* ne *ξGR*^{1}*R*^{3}, nec *βμφR*^{2}*W* | 25 vah *prius* > *βμφ contra ξBDGRW* | 25 *post* vah *alterum* + vah *B* | 25 *sticho altero* ne *G*, et ne *βμ*, nec *ξφRW* | 25 obsorbuimus *RWZ* | 26 reverentur *RWZ* | 26 afflictione *GW* | 27 *init* gaudeant *ξ*, gaudent *WZ* | 27 *sticho altero* volunt *GRWZ*, vult *βμξφ* | 28 meditetur *χ* | 1 pro victoria *ξφABCDGHLPW*, victoria

in medio cordis eius non esse timorem dei ante oculos eius. [3]quoniam dolose egit adversum eum in oculis suis, ut inveniret iniquitatem eius ad odiendum. [4]verba oris eius iniquitas et dolus, cessavit cogitare bene facere. [5]iniquitatem cogitat in cubili suo, stabit in via non bona, malum non abiciet. [6]domine, in caelo misericordia tua: fides tua usque ad nubes. [7]iustitia tua quasi montes, domine, iudicium tuum abyssus multa, homines et iumenta salvos facies domine. [8]quam pretiosa est misericordia tua, domine, et filii Adam in umbra alarum tuarum sperabunt, [9]inebriabuntur de pinguedine domus tuae, et torrente deliciarum tuarum potabis eos. [10]quoniam tecum est fons vitae: in lumine tuo videbimus lumen. [11]adtrahe misericordiam tuam scientibus te, iustitiam tuam rectis corde. [12]ne veniat mihi pes superbiae, et manus impiorum non me commoveat. [13]ibi ceciderunt operantes iniquitatem, expulsi sunt et non potuerunt surgere.

37

36 [1]David. Noli contendere cum malignis neque aemuleris facientes iniquitatem, [2]quoniam sicut herba velociter conterentur et sicut holus viride marcescent. [3]spera in domino et fac bonum, peregrinare in terra et pascere fide, [4]et delectare in domino, et dabit tibi petitiones cordis tui. [5]volve

„*duo exemplaria*“ *Gallorum*, victori $\beta\mu K$ „*ambo exemplaria canonis*“ *Gallorum*, in finem R | 1 servi $ABCDGHLPW$ „*duo exemplaria canonis*“ *Gallorum*, servo $\beta\mu\xi\varphi KR$, servus „*duo exemplaria canonis*“ *Gallorum* | 1 *fin* + propheta cum laude dei opera ipsius iudeae dicit R | 2 esse timorem $\xi\varphi ABCDGRW$, est timor $\beta\mu$ | 3 quia $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 3 adversus $\beta\mu\varphi$ | 3 hodiendum R | 4 eius > R | 4 bene facere $\xi\varphi ABCDGRW$, ut bene faceret $\beta\mu$ | 5 abięcit ξ, abieciet RW | 6 *ante* fides + et WZ | 7[a] domine $\xi\varphi\chi GRW$, deus $\beta\mu$ | 7 et iudicia tua ξ, iudicia tua φ | 7 hominem et iumentum φ | 7 salva ξ | 8 est > $\beta\mu$ | 8 praetiosa GR, preciosa W | 8 domine $\xi\varphi\chi GRW$, deus $\beta\mu$ | 9 pinguidine R | 9 delitiarum G, diliciarum RW | 11 attrahe GW | 11 tuam *prius* > G | 11 *ante* iustitiam + et $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 12[1] ne $\beta\mu\xi G$, non φW, > R | 12[2] non $\beta\mu G$, ne $\xi\varphi RW$ | 13 *pro* et non WZ nec | 1 david $\beta\mu\xi\varphi GW$, ipsi david huic hortatur omnes ad fidem demonstrans salutem ecclesiae credentem monet ad fidei firmamentum R | 1 ęmuleris G, eumlaveris R^1, eumulaveris R^2 [*schol*?], ęmulaveris ξW | 2 erba R | 3 *ad* peregrinare S habitare | 4 et *prius* $\beta\mu\varphi GR^2$ (*primae manus, minio*), > ξR^1W | 4 petitionem RW^1, ZW^2 = G | 5 *init* revela domino S | 5 *pro* viam ξ curam | 5 *post* eo + cor R

super dominum viam tuam et confide in eo, et ipse faciet. [6]et educet sicut lumen iustitiam tuam, et iudicium tuum sicut meridiem. [7]tace domino et expecta eum: noli contendere adversus eum qui proficit in via sua, adversum virum qui facit quae cogitat. [8]dimitte iram et relinque furorem, noli contendere ut malefacias. [9]quoniam qui malefaciunt interibunt: expectantes autem dominum, ipsi hereditabunt terram. [10]adhuc enim modicum, et non erit impius, et cogitabis de loco eius, et non subsistet. [11]mites autem hereditabunt terram et delectabuntur in multitudine pacis. [12]cogitat impius de iusto et frendet adversus eum dentibus suis. [13]dominus deridebit eum videns quod veniet dies eius. [14]gladium evaginaverunt impii, tetenderunt arcum suum, ut percutiant egenum et pauperem et interficiant rectos corde in via. [15]gladius eorum ingrediatur in cor eorum, et arcus eorum confringatur. [16]melius est parvum iusto quam divitiae peccatorum multae. [17]quoniam brachia impiorum confringentur, sublevat autem iustos dominus. [18]novit dominus diem inmaculatorum, et hereditas eorum aeterna erit. [19]non confundentur in tempore malo, et in diebus famis saturabuntur: [20]quia impii peribunt, et inimici domini gloriantes ut monocerotes consumentur sicut fumus consumitur. [21]faenus accipit impius et non reddit, iustus autem donat et tribuit. [22]quia qui benedicti fuerint ab eo, hereditabunt terram, et qui maledicti, interibunt. [23]a domino gressus viri firmantur, et viam eius volet. [24]cum ceciderit, non allidetur, quia dominus sustentat manum eius. [25]puer fui, siquidem senui, et non vidi iustum derelictum neque semen eius quaerens

6 ducet G^1 | 6 iudicium tuum $\xi q \chi GRW$, iudicia tua $\beta\mu$ | 7 et > $\xi q RWZ$ | 7 adversum meum R | 7 adversus virum $\beta\mu$ | 8 relique G^1, derelinque $\beta\mu q$ | 8 *pro* contendere D festinare | 8 malefacies R | 11 dilectabuntur RWZ | 11 multitude R | 12 adversum qRW | 13 *post* dominus + autem W^1, *non* Z | 13 videns quod $\xi q GRW$, quia vidit quoniam $\beta\mu$, videns *etiam* B, quod *etiam* D | 13 venit $\beta\mu$, veniat qD | 14 avaginaverunt G | 14 intenderunt ξq, tenderunt RW | 14 ut dejiciant S | 14 pertiant R | 14 corde $DGRW$, > $\beta\mu\xi q$ | 15 confringantur $\beta\mu\xi q R^1$ | 16 parum $\beta\mu\xi q$ | 16 peccatorum $\xi q GRW$, impiorum $\beta\mu$ | 17 quia $\beta\mu$ | 18 dies $\beta\mu q W^1$ | 18 immaculatorum W | 18 *ad* aeterna S in saeculum | 20 *pro* gloriantes ut monocerotes D subvertentur ut montes | 20 sicut $\beta\mu\xi q G^2 R$, ut $G^1 W$ | 20 *fin* consumentur q | 21 fęnus W | 21 reddet $\beta\mu G$ | 21 *ante* donat + et q | 23 firmabitur ξ | 25 *ante* senui + et $\beta\mu$

panem. [26]tota die donat et commodat, et semen eius in benedictione. [27]recede a malo et fac bonum, et habita in sempiterno. [28]quia dominus diligit iudicium, et non derelinquet sanctos suos: in aeternum custoditi sunt, et semen inpiorum peribit. [29]iusti hereditabunt terram, et habitabunt in saeculum super eam. [30]os iusti meditabitur sapientiam, et lingua eius loquetur iudicium. [31]lex dei eius in corde eius, non deficient gressus eius. [32]considerat impius iustum, et quaerit ut occidat eum. [33]dominus non derelinquet eum in manus eius, et non condemnabit eum, cum iudicatur. [34]expecta dominum et custodi viam eius, et exaltabit te ut possideas terram: cum interibunt impii, videbis. [35]vidi impium robustum et fortissimum sicut indigenam virentem: [36]et transivi et ecce non erat, et quaesivi eum, et non est inventus. [37]custodi simplicitatem et vide rectum, quia erit ad extremum viro pax. [38]iniqui autem delebuntur pariter, et novissimum impiorum peribit. [39]salus iustorum a domino, fortitudo eorum in tempore tribulationis. [40]et auxiliabitur eis dominus et salvabit eos ab impiis, quia speraverunt in eo.

38

37 [1]Canticum, David, in commemoratione. [2]Domine, ne in ira tua arguas me neque in furore tuo corripias me. [3]quia sagittae tuae infixae sunt mihi, et tetigit me manus tua. [4]non est sanitas in carne mea a facie indignationis tuae, non est

26 *fin* + erit *WZ* | 27 inhabita *ξφRW* | 27 sempiternum *βμ*, saeculum *S* | 28 *ad* sanctos *S* misericordes | 28 *ad* in aeternum *S* in saeculum | 28 custodiunt *WZ* | 28 impiorum *GW* | 28 perit *χ* | 29 inhabitabunt *βμφRW* | 29 *ad* in saeculum *S* in aeternum | 29 *post* saeculum + saeculi *R*, + scli *W* | 33 manu *βμξφ* | 33 condempnabit *W* | 33 iudicatur *ξφχGRW*, iudicabitur *βμ* | 34 *post* custodi *duae literulae deletae in R* | 34 possedeas *R* | 34 pereunt *χ* | 36 ecce > *χ* | 36 *fin* + locus eius *sed obelizata W* | 37 semplicitatem *R* | 37 ad *ξφχGRW*, in *βμ* | 38 iniqui *ξGRW tres codices Vallarsii quatuor Gallorum*, praevaricatores *βμφ* | 38 delebuntur *ξφGRW tres codices Vallarsii quatuor Gallorum*, interibunt *βμ* | 39 *post* salus + autem *βμφ* | 40 *pro* salvabit *ξφ* liberabit | 40 *post* eos + eripiet eos *βμ*, + et eruet eos *ξ*, + eruet eos *φ*, *contra ABCDGRW* | 40 *post* impiis + et salvabit eos *βμξφ* | 1 psalmus david in rememorationem diei sabbati hic confessio in sapientiae virtus ad salutem *R* | 1 canticum *βμφGW*, psalmus *ξS* | 2 ne > *WZ* | 2 *ad* ira *S* indignatione | 2 *ad* furore tuo *S* ira tua | 3 quoniam *φWZ* | 3 *ad* tetigit *S* terruit | 4 *ante* ossibus + in *χ*

pax ossibus meis a facie peccati mei. [5]quia iniquitates meae transierunt caput meum: quasi onus grave adgravatae sunt super me. [6]conputruerunt et tabuerunt cicatrices meae a facie insipientiae meae. [7]adflictus sum et incurvatus sum nimis, tota die moerens ambulabam. [8]quia lumbi mei impleti sunt ignominia, et non est sanitas in carne mea. [9]evigilavi, et adflictus sum nimis, rugiebam a gemitu cordis mei. [10]domine, in conspectu tuo omne desiderium meum, et gemitus meus a te non est absconditus. [11]cor meum fluctuabat, dereliquit me fortitudo mea, et lux oculorum meorum etiam ipsa non est mecum. [12]cari mei et amici mei quasi contra lepram meam steterunt, et vicini mei longe steterunt, [13]et inruebant quaerentes animam meam, et investigantes mala mihi loquebantur insidias, et dolos tota die meditabantur. [14]ego autem quasi surdus non audiebam, et quasi mutus non aperiebam os meum. [15]et eram quasi homo non audiens nec habens in ore suo redargutiones. [16]te enim, domine, expectabam, tu exaudies, domine deus meus. [17]quia dixi „ne forte insultent mihi, et cum vacillaverint pedes mei, super me magnificentur“. [18]quia ego ad plagas paratus, et dolor meus contra me est semper. [19]quoniam iniquitatem meam ego adnuntio: sollicitus ero pro peccato meo. [20]inimici autem mei viventes confortati sunt, et multiplicati sunt odientes me mendaciter. [21]et qui reddunt malum pro bono, adversabantur mihi, quia sequebar bonum. [22]ne derelinquas me, domine: deus meus, ne elongeris a me. [23]festina in auxilium meum, domine salutis meae.

5 quoniam *φWZ* | 5 transiverunt *φWZ* | 6 computruerunt *GW* | 7 afflictus *GW* | 7 merens *ξGRWZ* | 7 ambulavi *ξφ* | 8 quoniam *ξφ* | 8 lumbi mei repleti sunt *βμφ*, anima mea impleta est *WZ* | 8 *ad* lumbi mei *S* ilia mea, *pro* lumbi *χ* renes | 8 *ad* ignominia *S* vilitate | 9 afflictus *GW* | 10 *ad* in conspectu tuo *S* coram te | 11 dereliquid *R* | 12 *ad* amici *S* sodales | 12 quasi *ξφABCDGRWZ*, > *βμ* | 12 *post* meam + et *W*, *non Z* | 12 *ad* vicini *S* propinqui | 13 irruebant *GW* | 14 non aperiebam *ξABCDGRWZ*, qui non aperit *βμ*, non aperiens *φ* | 14 *fin* meum *ξABCDGRZ et in litura W*, suum *βμφ* | 15 *ad* homo *S* vir | 15 corde *DG* | 17 vacillaverint pedes mei *ξφABCDGRWZ*, vacillaverit pes meus *βμ* | 18 plagas *ξφχGRWZ*, plagam *βμ* | 18 *post* paratus + sum *βμφ* | 18 est *ξφχG²RWZ*, > *βμG¹* | 19 quia *βμξφRW* | 19 ego *χGRW*, > *βμξφ* | 19 sollicitus ero ξ[soli-]*φGR quatuor codices Gallorum*, et sollicitus ero *WZ*, et contristabor *βμ* | 21 mala *WZ* | 23 *post* domine + deus *χ*

39

38 [1]Pro victoria Idithun, canticum, David. [2]Dixi „custodiam vias meas, ne peccem in lingua mea, custodiam os meum silentio, donec est impius contra me“. [3]obmutui silentio, tacui de bono: et dolor meus conturbatus est. [4]incaluit cor meum in medio mei, in meditatione mea incensus sum igni, locutus sum lingua mea. [5]ostende mihi, domine, finem meum, et mensuram dierum meorum quae sit, ut sciam quid mihi desit. [6]ecce breves posuisti dies meos, et vita mea quasi non sit in conspectu tuo: omnia enim vanitas, omnis homo stans. SEMPER. [7]tantum in imagine ambulat homo, tantum frustra turbatur: congregat, et ignorat cui dimittat ea. [8]nunc ergo quid expecto, domine? praestolatio mea tu es. [9]ab omnibus iniquitatibus meis libera me, obprobrium stulto ne ponas me. [10]obmutui, non aperiam os meum, quia tu fecisti: [11]tolle a me plagas tuas: a contentione manus tuae ego consumptus sum. [12]in increpationibus propter iniquitatem corripuisti virum et posuisti quasi tineam desiderabilia eius: verum tamen vanitas omnis homo. SEMPER. [13]audi orationem meam, domine, et clamorem meum exaudi, ad lacrimam meam ne obsurdescas: quia advena ego sum apud te et peregrinus sicut omnes patres mei. [14]parce mihi, ut rideam ante quam vadam et non subsistam.

1 in finem pro idithun psalmus prophaeta increpat iudaeos qui divitias habent et nestiunt cui dimittunt *R*, in finem idithun canticum david *P* | 1 pro victoria *φABCDGW*, victori *βμ*, victori pro *ξ* | 1 canticum *βμGW*, psalmus *ξφS* | 4 incensum est *RWZ* | 4 igne *βμ* | 4 *ante* lingua + in *βμξφ* | 4 *fin* mea > G^1 | 5 ut *ξφχGRW*, > *βμ* | 5 desit michi *ξ*, mihi deest *RW* | 6 *post* tuo + semper *R in margine tantum* (*volebat in fine commatis addere*), + sela *ξ* | 6 omnis > *B* | 6 stans *ξφBGRW*, subsistens *βμ* | 6 semper > *R*, diapsalma *B* | 7 in > *WZ* | 7 *ad* homo *S* vir | 7 conturbatur *βμφW* | 7 *ad* dimittat *S* congregat | 8 praestulatio R^1 *inter scribendum corr*, prestulatio *W* | 8 *ad* tu es *S* ad te est | 9 *ad* iniquitatibus *S* erroribus | 10 Abmutui *R* | 10 aperiam *φχGHW*, apperiam *R*, aperui *βμξ* | 11 *ad* plagas *S* lepras | 12 propter iniquitatem *χG*, pro iniquitate *βμξφRW* | 12 *post* eius + semper *R*, *sed in margine tantum* | 12 ueruntamen *R* | 12 semper > *R*, sela *habet* *ξ* | 13 meam *prius* > *ξRWZ* | 13 *ad* exaudi *S* auribus percipe | 13 et *alterum* > *βμ*

40

[1]Pro victoria, David, canticum. [2]Expectans expectavi do- 39
minum, et inclinatus est ad me et audivit clamorem meum
[3]et eduxit me de lacu famoso, de luto caeni, et statuit supra
petram pedes meos, stabilivit gressus meos. [4]et dedit in ore
meo canticum novum, laudem deo nostro: videbunt multi et
timebunt et sperabunt in domino. [5]beatus vir qui posuit do-
minum confidentiam suam et non est aversus ad superbias
pompasque mendacii. [6]multa fecisti tu, domine deus meus,
mirabilia tua, et cogitationes tuas pro nobis: non invenio
ordinem coram te, si narrare voluero et enumerare: plura
sunt quam ut narrari queant. [7]victima et oblatione non in-
diges (aures fodisti mihi), holocaustum et pro peccato non
petisti. [8]tunc dixi: ecce venio, in volumine libri scriptum est
de me. [9]ut facerem placitum tuum, deus meus, volui, et legem
tuam in medio ventris mei. [10]adnuntiavi iustum in ecclesia
multa, ecce labia mea non prohibebo: domine, tu nosti. [11]iu-
stitiam tuam non abscondi in medio cordis mei, fidem tuam
et salutare tuum dixi: non abscondi misericordiam tuam et
veritatem tuam in ecclesia multa. [12]tu, domine, non prohi-
bebis misericordias tuas a me: misericordia tua et veritas tua
iugiter servabunt me. [13]circumdederunt enim me mala, quo-
rum non est numerus, conprehenderunt me iniquitates meae,
et non potui videre, plures factae sunt quam capilli capitis
mei, et cor meum dereliquit me. [14]placeat tibi, domine, ut
liberes me: domine, ad adiuvandum me festina. [15]confun-

1 in finem psalmus david patientia est populi *R* | 1 pro victoria *ξφABCDGW*, victori *βμ*. „*et inferius constanter in reliquorum psalmorum titulis retinent* [pro victoria *ABCD*] *pro* victori“ *Vallarsius, Hieronymi praefationem commentariis in Danielem praemissam laudans* | 1 david canticum *βμGW*, psalmus david *ξφS* | 3 famoso *ξDGRW*, sonitus *βμφ* | 3 super *βμφRW* | 5 mendaces *χ*, mendaci *R* | 6 tu > G^1 | 6 numerare *βμξφRW* | 7 victimam et oblationem non voluisti *φ* | 7 *ad* non indiges *S* non voluisti [*sic*] | 7 *fin* + mihi *RWZ* | 8 *post* ecce + ego *φ* | 9 tuum *χG*, tibi *βμξφRW* | 9 legem meam *φ* | 9 *pro* ventris *χ* cordis | 10 iustitiam *βμφ*, iustum tuum *ξ* | 10 fidem tuam tuam *G* | 12 prohibebis *ξφχGRW*, prohibeas *βμ* | 12 *ad* misericordias *S* pietates | 12 *fin* te G^1 | 13^a me > G^1 | 13 comprehenderunt *G*, cōprehenderunt *W* | 13 dereliquid mihi *R*

dantur et revereantur simul quaerentes animam meam ut auferant eam: convertantur retrorsum et confundantur qui volunt mihi mala. [16]pereant post confusionem suam qui dicunt mihi „vah vah“. [17]gaudeant et laetentur in te qui quaerunt te, dicant iugiter „magnificetur dominus“ qui diligunt salutare tuum: [18]ego autem sum egens et pauper, dominus sollicitus erit pro me. auxilium meum et salutare meum tu es, deus meus, ne moreris.

41

40 [1]Pro victoria, canticum, David. [2]Beatus qui cogitat de paupere: in die mala salvabit eum dominus. [3]dominus custodiet eum et vivificabit eum, et beatus erit in terra: et non tradet eum animae inimicorum suorum. [4]dominus confortabit eum in lecto infirmitatis: totum stratum eius vertisti in aegrotatione sua. [5]ego dixi „domine, miserere mei, sana animam meam, quoniam peccavi tibi“. [6]inimici mei loquentur malum mihi „quando morietur et periet nomen eius“. [7]et si venerit ut visitet, vana loquetur: cor eius congregabit iniquitatem sibi et egrediens foras detrahet. [8]simul adversum me murmurabant omnes odientes me, contra me cogitabant malum mihi. [9]verbum diaboli infundebant sibi „qui dormivit non addet ut resurgat“. [10]sed et homo pacificus meus, in quo habui fiduciam, qui manducavit panem meum, levavit contra me plantam. [11]tu autem, domine, miserere mei et leva me, ut reddam eis. [12]in hoc cognovi quod velis me, quia non

15 *init* confundatur *R* | 15 ferant R^2 | 15 mala mihi $\beta\mu\varphi R$ | 16 suam > G^1 | 17 gaudent *RW*, *sed Z = G* | 17 *post* te *prius* + omnes $\beta\mu\varphi$ | 18 egenus $\beta\mu\xi\varphi$, aegens *R* | 18 es > $\beta\mu$ | 18 moreris $\xi\varphi$ *BGRW*, memoreris $\beta\mu$ | 1 psalmus david legendus ad lectionem esaiae prophetae vox christi de passione sua et de iuda traditore *R* | 1 pro victoria $\xi\varphi$*ABCDGW*, victori $\beta\mu$ | 1 psalmus $\xi\varphi S$ | 2 malo $\beta\mu$ | 2 salvabit χG, liberabit $\beta\mu\xi\varphi R$, liberavit *W* | 3 tradat χRW | 4 infirmitans *R* | 6 loquuntur χ | 6 peribit $\beta\mu\varphi$ | 7 visitet $\xi\varphi$*ABCDGNRW* „*ac plures mss*“ *Gallorum*, videat $\beta\mu$ | 7 *post* loquetur *distinguunt* $\beta\mu GWZ$, *post* eius *distinguunt* $\xi\varphi$, *R interpunctione caret* | 7 et *alterum* > $\beta\mu\varphi W$ | 8 *post* murmurabant *incidunt GWZ, etiam R, sed is fortasse a manu secunda* | 8 me *tertium* > χGRW | 9 diabuli *R* | 9 *ad* diaboli *S* belial | 10 manducabat $\beta\mu\xi\varphi R$, manducabit *Z*, manducab *litera* b *linea traducta ornata W* | 11 tu — mei > *RWZ*, et tu domine miserere mei φ | 11 eleva $\xi\varphi RW$ | 11 ut ξGRW, et $\beta\mu\varphi$ | 12 vellis *R*

insultabit inimicus meus mihi. [13]ego autem in simplicitate mea adiutus sum a te, et statues me ante faciem tuam in perpetuum. [14]benedictus dominus deus Israhel a saeculo et usque in saeculum. amen amen.

42

[1]Pro victoria doctissimi, filiorum Core. [2]Sicut areola prae- 41
parata ad inrigationes aquarum, sic anima mea praeparata est ad te, deus. [3]sitivit anima mea deum, fortem viventem: quando veniam et parebo ante faciem tuam? [4]fuerunt mihi lacrimae meae panes per diem ac noctem, cum diceretur mihi tota die „ubi est deus tuus?“. [5]horum recordatus sum et effudi in me animam meam, quia veniam ad umbraculum, tacebo usque ad domum dei, in voce laudis et confessionis multitudinis festa celebrantis. [6]quare incurvaris, anima mea, et conturbas me? expecta deum, quia adhuc confitebor ei, salutaribus vultus eius. [7]deus meus, in memet ipso anima mea incurvatur: propterea recordabor tui de terra Iordanis et Hermoniim, de monte minimo. [8]abyssus abyssum vocat, in voce cataractarum tuarum: omnes gurgites tui et fluctus tui super me transierunt. [9]per diem mandavit dominus misericordiam

13 *ad* perpetuum *S* saeculum | 14 amen et amen *βμ* | 1 in finem intellectus filiis chorę ante babtismum vox christi est *R* | 1 pro victoria *ABCDGW* *„omnes mss codices praeter canonis exemplaria“ Gallorum*, victori *βμξφ* | 1 doctissimi *ABCDGW*, doctissimo *βμ*, intellectus *ξφ*, erudito *S* | 1 filiorum *βμGW*, filiis *ξφ* | 1 chō *W* | 2 *praemittit D* sicut cervus mugiens ad fontes aquarum ita anima mea rugit ad te deus. *„corruptus legitur iste versiculus in exemplaribus canonis atque in duobus aliis mss ubi vulgata lectio* sicut cervus desiderat ad fontes aquarum *etc substituta est pro hieronymiana quam nos retinuimus quamque canon san-germanensis* [*sic*! *scr* sancti Germani] *habuit prima manu“ Martianay* | 2 irrigationes G^2W | 2 *ad* praeparata *alterum S* desiderat | 2 est > *βμφ* | 3 mea > *βμ* | 3 *ante* deum + ad *βμφW* | 3 fontem *χ* | 3 vivum *φW* | 3 apparebo *φ* | 3 tuam *ξχGRW*, dei *βμφ* | 4 panis *ξ* | 4 et *φ* | 5 feste *RW* | 6 *pro* deum *R* domini | 6 quoniam W^1 | 7 > *W* [*non Z*], *sed prima manu in margine inferiori suppletum* | 7 memet *G*, me *βμξφ RW* | 7 incurbatur *RW* | 7 hermonim *βμ*G^2, chermonim *φ* | 8 abyssus abyssus *R* | 8 invocat *βμξ* | 8 *ad* in *S* ad | 8 vocem *βμ* | 8 supertransierunt *omisso* me *D*. *„ita* [super me transierunt] *mss omnes excepto codice bibliothecae memmianae* [*sic*] *et canone carcassonensi qui legit in sacro contextu* super me ingressi sunt *addens hoc scholion marginale* h transiverunt“ *Martianay* | 9 *ante* nocte + in *βμξR* | 9 mecum *ad sequentia trahunt ξGRWZ*

suam, et nocte canticum eius mecum, oratio deo vitae meae. [10]dicam deo „petra mea, quare oblitus es mei? quare tristis incedo, adfligente inimico?“. [11]cum me interficerent in ossibus meis, exprobraverunt mihi hostes mei, dicentes tota die „ubi est deus tuus?“. [12]quare incurvaris, anima mea, et conturbas me? expecta dominum, quoniam adhuc confitebor ei, salutibus vultus mei et deo meo.

43

[13]iudica me, deus, et discerne causam meam a gente non sancta: a viro doloso et iniquo salva me. [14]tu enim, deus, fortitudo mea: quare proiecisti me? quare tristis incedo, adfligente inimico? [15]mitte lucem tuam et veritatem tuam, ipsae ducent me et introducent in montem sanctum tuum et ad tabernaculum tuum. [16]et introibo ad altare tuum, domine, ad deum laetitiae et exultationis meae, et confitebor tibi in cithara, deus, deus meus. [17]quare incurvaris, anima mea, et quare conturbas me? expecta deum, quoniam adhuc confitebor ei, salutibus vultus mei et deo meo.

44

42 [1]Pro victoria, filiorum Core, eruditionis. [2]Deus, auribus

10 *S* el zelai quod interpretatur deus petra mea et est unum de nominibus dei | 10 me *ξ* | 10 affligente *GW* | 11 quum *βμ*, dum *φ* | 11 interfecerint *χ* | 11 ostes *G* | 11 *post* dicentes + ad me *βμ contra ξφ DGRW* | 12 et *prius* > *R* | 12 deum *βμξ* | 12 salutaribus *βμξ* | 13 *praemittit versum unum vacuum G, propter columnas ceteras trium versuum spatium vacuum habent WZ.* 42 *et* 43 *continuos scribunt βμ, pro uno carmine habere videntur GWZ, praemittit* psalmus david ad eos qui fidem consecuti sunt *R, idem nisi quod* david *omittit D. duos psalmos faciunt* 42 *et* 43 *ξφ* | 13 de gente *βμφW* | 13 *ad* non sancta *S* immisericorde | 13 iniquo et doloso *ξφ*, et iniquo doloso *RW* | 14 *post* enim + es *βμ* | 14 affligente *GW* | 15 emitte *WZ* | 15 ipsae *B*, ipsa *βμξφGRW* | 15 ducent *βμξφBRW*, educent *G*. *G* ipsae ducent *voluisse credo* = *B* | 15 et *secundum* > *βμ* | 15 *post* introducent + me *βμφ contra BDGRW* | 15 ad montem *βμφB* | 15 ad tabernaculum tuum *DG*, in tabernaculum tuum *ξφRW*, ad tabernacula tua *βμ* | 16 tuum domine *DG*, tuum *ξBRW*, dei *βμφ* | 16 et *secundum* > *βμ* | 16 exsultationis *βμ*, exaltationis *R* | 16 citthara *R* | 17 dominum *φRW* | 17 salutibus *φχGRW*, salutaribus *βμξ* | 1 in finem filiis chore ad intellectum hic eximolongensim legendus ad epistolam pauli ad rom pref ad dominum de operibus eius paenitentiam gerens populo iudaico *R* | 1 pro victoria *ξφABCDGW septem libri Gallorum*, victori *βμ* | 1 filiorum *βμABCDGW*

nostris audivimus, patres nostri narraverunt nobis opus, quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis. [3]tu manu tua gentes delesti et plantasti eos, adflixisti populos et emisisti eos. [4]non enim in gladio suo possederunt terram neque brachium eorum salvavit eos, sed dextera tua et brachium tuum et lux vultus tui, quia conplacuisti tibi. [5]tu es rex meus, deus, praecipe pro salutibus Iacob. [6]in te hostes nostros ventilabimus, in nomine tuo conculcabimus adversarios nostros. [7]non enim in arcu meo confidam neque gladius meus salvabit me. [8]quia salvasti nos de hostibus nostris et eos qui oderunt nos confudisti. [9]in domino gaudebimus tota die, et in nomine tuo in aeternum confitebimur. SEMPER. [10]verum tu proiecisti et confudisti nos, et non egredieris in exercitibus nostris. [11]vertisti terga nostra hosti, et qui oderunt nos diripuerunt nos. [12]dedisti nos quasi gregem ad vorandum, et in gentibus dispersisti nos. [13]vendidisti populum tuum sine pretio, nec grandis fuit commutatio eorum. [14]posuisti nos obprobrium vicinis nostris, subsannationem et inrisum his qui erant in circuitu nostro. [15]posuisti nos in similitudinem gentibus, commotionem capitis in tribubus. [16]tota die confusio mea contra me, et ignominia faciei meae cooperuit me [17]a voce exprobrantis et blasphemantis, a facie inimici

septem libri Gallorum, filiis $\xi\varphi$ | 1 chore *GW* | 1 eruditionis *ABCDGW septem libri Gallorum*, eruditio $\beta\mu\xi\varphi$ | 2 audivmus *R* | 3 dedisti *R*, exheredasti *S* | 3^a eas χ | 3 afflixisti *GW* | 3 *ad* populos *S* plebes [*male* β *hoc* al = χ *habere scribit*] | 3 misisti *W* | 4 possiderunt *R*, posederunt W^1, W^2 = *G* | 4 *post* eorum + non *obelizatum W* | 4 salvabit *RW* | 4 complacuisti *BGW* | 4 tibi ξ*BGRW*, in eis $\beta\mu$, eis φ | 5 *post* es + ipse $\beta\mu\xi\varphi$ *contra BDGRW* | 5 praecipue *R* | 5 pro $\xi\varphi$*ABCDGRW „plures mss Gallorum,* > $\beta\mu$ | 6 *init* ante *G* | 6 *ante* in *alterum* + et ξ | 7 arco W^1 | 8 oderant $\beta\mu$ | 9 domino gaudebimus $\xi\varphi$*ABCDGRW quatuor codices Gallorum*, deo laudabimus $\beta\mu$ | 9 in nomine *GRW*, nomini $\beta\mu\xi\varphi$ | 9 sela *adest in* ξ, semper *in* W^2 | 10 ingredieris *R* | 10 *post* egredieris + deus *D* | 11 hostis *R* | 11 *fin* nos *BCDGRW*, sibi $\beta\mu\xi\varphi$ | 12 quasi $\xi\varphi$*GRW*, tamquam $\beta\mu$ | 12 *post* et + non *R* | 13 vendedisti *R* | 13^2 et non foenerasti in commutatione eorum *S* | 13 grandi *RW* | 13 commotatio *RW*^{1} | 14 in obprobrium R^1 | 14 irrisum *W* | 14 iis ξ, hiis *R* | 15 in *prius GRW*, > $\beta\mu\xi\varphi$ | 15 *ad* similitudinem *S* parabolam | 15 *ante* gentibus + in $\beta\mu\xi\varphi$*R contra GW duo codices Vallarsii* | 15 *ad* tribubus *S* plebibus | 16 *pro* confusio χ verecundia | 16 *fin* me > G^1 | 17 blasfemantis *G*

et ultoris. [18]omnia haec venerunt super nos, et obliti non sumus tui nec mentiti fuimus in pacto tuo. [19]non est conversum retro cor nostrum nec declinaverunt gressus nostri a semita tua. [20]quoniam deiecisti nos in loco draconum, et operuit nos umbra mortis. [21]si obliti sumus nominis dei nostri et expandimus manus nostras ad deum alienum, [22]numquid non deus investigabit istud? ipse enim novit cogitationes cordis. [23]quoniam propter te mortificati sumus tota die, reputati sumus ut grex occisionis. [24]consurge, quare dormitas, domine? evigila, quare proiecisti nos in sempiternum? [25]quare faciem tuam abscondis, oblivisceris adflictiones et angustias nostras? [26]quoniam incurvata est in pulvere anima nostra, adhaesit terrae venter noster. [27]surge, auxiliare nobis et redime nos propter misericordiam tuam.

45

43 [1]Victori pro liliis, filiorum Core, eruditionis, canticum amantissimi. [2]Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi, lingua mea stilus scribae velocis. [3]decore pulchrior es filiis hominum, effusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit tibi deus in aeternum. [4]accingere gladio tuo super femur, fortissime, gloria tua et decore tuo. [5]prospere ascende propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam, et docebit te terribiliter dextera tua. [6]sagittae tuae acutae (populi sub te cadent) in corde inimicorum regis.

18 non sumus obliti tui $\beta\mu$ | 18 fuimus *GRW*, sumus $\beta\mu\xi\varphi$ | 18 *pro* pacto *RW* conspectu | 20 operuit ξ*DGRW*, operuisti $\beta\mu\varphi$ | 21 *pro* dei *D* domini | 21 nostri > *D* | 21 *post* et + si $\xi\varphi$*RW* | 22 nunquid *G* | 23 tota die *ad sequentia trahit G*, $\beta\mu\xi\varphi$ *W ut edidi, non interpungit R* | 24 *ad* consurge *S* expergiscere | 24 vigilia β, vigila μ, evigilare *RW* | 24 proiecisti χ*G* [-j-χ], proiecis *RW*, projicis $\beta\mu$, proijcis $\xi\varphi$ | 25 afflictiones et angustias nostras $\xi\varphi$*ABCDG*, afflictionis nostrae et inopiae nostrae $\beta\mu$ | 26 terrae $\varphi\chi$*GRW*, in terra $\beta\mu$ | 27 redeme *R* | 1 in finem pro his quae commutabuntur f[il]iis chore ad intellegendum cantici pro dilecto legendus ad evang mat de regina austri [12, 42] pf pro patre de christo et ecclesia dicit *R* | 1 chore *GW* | 1 amantissimum ξ | 2 eructuavit *RW* | 2 vebum *R* | 2 bonum > G^1 | 2 stilum *RW* | 2 vorocis *R* | 3 pulchior *R* | 3 diffusa ξ | 3 *pro* est *R* es | 4 *pro* super χ circa | 4 femor G^2, femur *W* | 4 fortissimo *RW* | 5 *ante* prospere + decore tuo $\beta\mu$*RW*, + et decore tuo φ | 5 veritatem $\beta\mu\xi$*GRW*, verbum veritatis φ *„mss non pauci" Gallorum* | 5 et iustitiam ξ*GRW*, iustitiae $\beta\mu$, iusticiae φ | 5 edocebit *D* | 5 terribiliter *DGRW*, terribilia $\beta\mu\xi\varphi$

[7] thronus tuus, deus, in saeculum et in aeternum, sceptrum aequitatis sceptrum regni tui. [8] dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem, propterea unxit te deus, deus tuus, oleo exultationis prae participibus tuis. [9] myrra et stacte et cassia in cunctis vestimentis tuis, de domibus eburneis, quibus laetificaverunt te [10] filiae regum in honore tuo. stetit coniunx in dextera tua in diademate aureo. [11] audi, filia, et vide et inclina aurem tuam et obliviscere populi tui et domum patris tui, [12] et concupiscet rex decorem tuum: quia ipse est dominus tuus, et adora eum. [13] et, filia fortissimi, in muneribus faciem tuam deprecabuntur divites populi. [14] omnis gloria filiae regis intrinsecus. fasceis aureis vestita est, [15] in scutulatis deducetur ad regem, virgines sequentur eam, amicae eius ducentur illuc, [16] ducentur in laetitiis et exultatione, ingredientur thalamum regis. [17] pro patribus tuis erunt filii tibi, pones eos principes in universa terra. [18] recordabor nominis tui in omni generatione et generatione, propterea populi confitebuntur tibi in saeculum et in aeternum.

46

[1] Victori, filiorum Core pro iuventutibus, canticum. [2] Deus 44
nostra spes et fortitudo, auxilium in tribulationibus inventus es validum. [3] ideo non timebimus, cum fuerit translata terra et

8 *ad* iniquitatem *S* impietatem | 9 smyrra *G*, *sed* s *prima manu in litura.* smyrna *D* | 9 *pro* stacte *D* aloe | 9 casia *ξφ* | 9 de templis *S* | 10 coniux *RW*, regina *S* | 10 tua > *G* | 10 deademate *R* | 11 domum *χG*, domus *βμξφRW* | 12 concupiscit *RW* | 12 *post* dominus + deus *ξφχRW* | 13 et filia *φG* „*plures mss*“ *Gallorum*, et o filia *βμξKR*, esto filia *duo libri Gallorum*, filia *W* | 13 fortissimi *βμξGKR*, fortis *φW*, Tyri *S* | 13 *fin* plebis *W* | 14 gloriae *R*, glorię *W* | 14 *ante* filiae + eius *W* | 14[2] prae fasciis aureis vestimenta illius *S* | 14 fasciis *βμξ*, fascis *φ et a manu recenti G* | 15 ducetur *βμξφR*, ducentur *W* | 15 sequentur *in G* e *alteram habet in litura scriptam*, sequuntur *μ* [*sic, non β*] | 15 amici *G*, sodales *S* | 15 ducent *G* | 15 illuc *ξφBCDGRW*, tibi *βμ* | 16 laetitia *W* | 16 *ad* thalamum *S* templum | 17 filii tibi *βμGR*, filii tui *φS*, filiae tibi *χ*, tibi filii *ξW* | 18 *altero loco* geratione *W* | 1 in finem filiis chorę pro arcanis psalmus legendus ad lectionem actus apostolorum vox apostolorum *R* | 1 filijs *ξ* | 1 chore *GW* | 1 psalmus *ξ* | 2 *ad* nostra *S* nobis | 2 noster species *RW*: *in R* ec *ipsa prima manus minio scripsit* | 2 inventus inventus *R* | 2 validus R^1, *prima manu correctum*

concussi montes in corde maris, [4]sonantibus et intumescentibus gurgitibus eius et agitatis montibus in potentia eius. SEMPER. [5]fluminis divisiones laetificant civitatem dei, sanctum tabernaculum altissimi. [6]dominus in medio eius: non commovebitur. auxiliabitur ei deus in ipso ortu matutino. [7]conturbatae sunt gentes, concussa sunt regna: dedit vocem suam, prostrata est terra. [8]dominus exercituum nobiscum, protector noster deus Iacob. SEMPER. [9]venite et videte opera domini, quantas posuerit solitudines in terra: [10]conpescuit bella usque ad extremum terrae: arcum confringet et concidet hastam, plaustra conburet igni. [11]cessate et cognoscite quoniam ego sum deus, exaltabor in gentibus et exaltabor in terra. [12]dominus exercituum nobiscum, fortitudo nostra deus Iacob. SEMPER.

47

45 [1]Victoria filiorum Core, canticum. [2]Omnes populi, plaudite manibus, iubilate deo in voce laudis. [3]quoniam dominus altissimus terribilis, rex magnus super omnem terram. [4]congregavit populos subter nos, et tribus sub pedibus nostris. [5]elegit nobis hereditatem nostram, gloriam Iacob, quam dilexit. SEMPER. [6]ascendit deus in iubilo, dominus in voce

3 concisi *RW* | 3 cor *ξRW* | 4 intumescentibus *ξφABCDGRW „mss aliquot" Gallorum*, tumentibus *βμ* | 4 et *alterum* > *βμ contra ξGRW „mss aliquot" Gallorum* | 4 agitati *M*, a▒gi▒tatis *R* | 4 *ante* montibus + in *βμM contra φGRW unum reginae „aliquot mss" Gallorum* | 4 semper > *R*, sela *adest in ξ* | 5 *post* divisiones + eius *βμ contra ξφDGRW* | 5 laetificat *ABCDN „plures alii mss codices" Gallorum* | 5 *post* dei + semper *RW* | 5 sanctum tabernaculum *ξφABCDGNRW „plures alii mss codices" Gallorum*, sancti tabernacula *βμ* | 6 *init* dominus *ξABCDGRW*, deus *βμφ* | 6 ipso *ξφABCDGRW*, > *βμ* | 6 ornatu *W* | 8 *fin* sela *adest ξ* | 9 *ad* quantas *S* quot | 10 compescuit *ξφGW*, compescit *βμ* | 10 hastas *χG*² | 10 comburet *GW* | 11 sum > *φ* | 11 et *alterum* > *βμφ* | 12 *ad* fortitudo nostra *S* susceptor noster | 12 nostra > *W* | 12 semper > *R*. sela *adest ξ* | 1 in finem filiis chorę psalmus legendus ad lect actus apost psstquam [*sic*] ascendit christus ad patrem *R* | 1 victoria *DGW*, victoriam *B*, victori *βμξφ*: *„nullus e nostris* victori" *Vallarsi* [*sed quid AC*?] | 1 filijs *ξ* | 1 chore *W* | 1 psalmus *ξφS* | 2 gentes *χ* | 3 deus *χ* | 3 magus *R* | 4 *init* subiecit *MNO „duo alia mss" Gallorum* | 4 *ad* tribus *S* plebes | 5 *ad* gloriam *S* superbiam | 5 quem *R* | 5 sela *adest in ξ*, semper *in W*² | 6 ascendet *W* | 6 dominus *βμξφR*, deus *χGW*

bucinae. [7]canite deo, canite, canite regi nostro, canite. [8]quia rex universae terrae deus, canite erudite. [9]regnavit deus super gentes, deus sedet super thronum sanctum suum. [10]principes populorum congregati sunt, populus dei Abraham, quoniam dii scuta terrae vehementer elevati sunt.

48

[1]Canticum, psalmus filiorum Core. [2]Magnus dominus et 46 laudabilis nimis in civitate dei nostri, in monte sancto suo. [3]specioso germini, gaudio universae terrae, monti Sion, lateribus aquilonis, civitatulae regis magni. [4]deus in domibus eius agnitus est in auxiliando. [5]quia ecce reges congregati sunt, venerunt simul. [6]ipsi videntes sic obstipuerunt, conturbati sunt, admirati sunt: [7]horror possedit eos, ibi dolor quasi parturientis: [8]in vento uredinis confringes naves maris. [9]sicut audivimus, ita vidimus in civitate dei exercituum, in civitate dei nostri: deus fundavit eam usque in aeternum. SEMPER. [10]aestimavimus, deus, misericordiam tuam in medio templi tui. [11]secundum nomen tuum, deus, sic et laus tua usque ad extremum terrae: iustitia repleta est dextera tua. [12]laetetur mons Sion et exultent filiae Iudae propter iudicia tua. [13]circumdate Sion et circumite eam, numerate turres eius. [14]ponite cor vestrum in moenibus eius, separate pa-

6 bucine *R* | 7 8 *ad* canite *S quinquiens* psallite | 7 *post* deo + nostro *obelizatum W* | 7 *init* cantate R^1 | 9 *init* dominus *R* | 10 populis dei ξ, populos dei *W* | 10 quo *R* | 10 elevati $\xi q \chi GR$, elevata $\beta\mu W$ | 1 psalmus cantici filiis chorae secunda sabbati legendus ad apocalipsin iohannis figura ecclesiae hierusalem futurae *R* | 1 psalmus cantici filijs ξ | 1 psalmus *ABCDW*, psal *G*, psalmi $\beta\mu\varphi$ | 1 chore *W* | 2 in *alterum* > ξR | 2 suo $\beta\mu G$, eius $\xi\varphi RW$ | 3 spicioso *W* | 3 germine $\xi\varphi GW$ | 3 monte ξ, montis *G*, montes *W* | 3 civitatula ξ | 5 *post* reges + terre *R* | 5 *ad* venerunt *S* transierunt | 6 sic > *R in litura* | 6 obstupuerunt $\beta\mu\xi\varphi$ | 7 possedet *R*, possidet *W* | 7 ibi *initium stichi faciunt* ξGRW, *ad praecedentia trahunt scholiasta augiensis* $\beta\mu\varphi$ | 7 dolores χR | 8 huredinis *W* | 8 confringens *D* | 8 maves G^1 | 8 maris *ABCDGRW*, tharsis $\beta\mu\xi\varphi$ | 9 *init* sic ξ | 9 dei exercituum ξq[*ABC*?]*DGRW*, domini exercituum $\beta\mu$ | 9 ea *W* | 9 *ad* aeternum *S* saeculum | 9 semper *habet W, sed a correctore* . sela ξ | 10 avestimavimus *R* | 11 et > $\beta\mu\xi\varphi W$ | 11 ad $\xi q \chi GRW$, in $\beta\mu$ | 11 iustitia *R* | 12 et > $\beta\mu\varphi W$ | 12 *fin* + domine *W* | 13 circuite $\beta\mu\xi\varphi$ | 14 corda vestra *W* | 14 *ad* in moenibus *S* in virtute | 14 eius *prius* $q\chi GR$, > $\beta\mu\xi W$ | 14 separata *G*, sperate *R* | 14 palacia φW, palicia *R*

latia eius, ut narretis in generatione novissima [15]quia ipse deus, deus noster in saeculum et in perpetuum: ipse erit dux noster in morte.

49

47 [1]Victori, filiorum Core, canticum. [2]Audite haec, omnes populi, auribus percipite, universi habitatores occidentis, [3]tam filii Adam quam filii singulorum, simul dives et pauper. [4]os meum loquetur sapientias et meditatio cordis mei prudentias. [5]inclino ad parabolam aurem meam, aperiam in cithara aenigma meum. [6]quare timebo in diebus mali? iniquitas calcanei mei circumdabit me, [7]qui fiduciam habent in fortitudine sua, et in multitudine divitiarum suarum superbiunt. [8]fratrem redimens non redimet vir, nec dabit deo propitiationem pro eo [9]neque pretium redemptionis animae eorum, sed quiescet in saecula [10]et vivet ultra in sempiternum et non videbit interitum. [11]cum viderit sapientes morientes, simul insipiens et indoctus peribunt, et derelinquent alienis divitias suas, [12]interiora sua, domus suas in saeculo, tabernacula sua in generatione et generatione. vocaverunt nominibus suis terras suas, [13]et homo in honore non commorabitur, adsimilatus est iumentis et exaequatus est. [14]haec est via insipientiae eorum, et post eos iuxta os eorum current. SEMPER. [15]quasi grex in inferno positi sunt, mors pascet eos, et su-

14 enarretis $\beta\mu\xi qR$ | 15 quoniam ξ | 15 *init* ipse ξG, iste $\beta\mu$, ipse est $q\chi RW$ | 15 deus *prius* $>$ W^1, dominus R | 15 lux R | 15 *fin* in saecula S | 15 mortem $\beta\mu$ | 1 in finem filii chorę psalmus hic divites increpat qui ad inferna discendunt cum mortui fuerint vox ecclesiae super lazaro et divite purpurato R *qui in margine imaginem bene delineatam presbyteri habet* | 1 filiis ξ | 1 chore W | 1 psalmus ξqS | 2 haec $q\chi G$, hęc W, hoc $\beta\mu\xi R$ | 2 *ad* occidentis S orbis | 3 quam si filii R | 3 *ad* singulorum S viri | 4 loquitur R | 4 sapientiam χ | 4 prudentiam χ | 5 inclino χGRW, inclinabo $\beta\mu\xi q$ | 5 parabulam R | 5 mea R | 5 cythara GW | 5 enigma meum GW, aenigmam meam R | 7 superbient W | 8 frater B | 8 *pro* redimet vir G redimetur | 9 neque $\xi qGRW$, et $\beta\mu$ | 9 saeculo $\beta\mu$ | 10 *fin* in aeternum χ | 11 relinquent $\beta\mu$ | 12 domos $\beta\mu$ | 12 nominis sui RW | 12 terras suas $\xi q\chi G$, terras $\beta\mu$, in terris suis RW | 13 hom G^1 | 13 commorabitur $\beta\xi qBDEFG^2W$, comorabitur G^1, commovebitur μ, conminorabitur R | 13 assimilatus $\beta\mu\xi G^2$, et similatus q, et simulatus RW | 13 est *prius* $q\xi\chi GRW$, $>$ $\beta\mu$ | 13 et *alterum* $>$ W | 14^1 via eorum S | 14 insapientiae R | 14 semper $>$ R, sela *adest in* ξ | 15 *ad* grex S oves | 15 *fin* eorum W

bicient eos recti in matutino, et figura eorum conteretur in inferno post habitaculum suum. [16] verumtamen deus redimet animam meam de manu inferi, cum adsumpserit me. SEMPER. [17] noli timere cum ditatus fuerit vir, cum multiplicata fuerit gloria domus eius. [18] neque enim moriens tollet omnia, nec descendet post eum gloria eius: [19] quia animae suae in vita sua benedicetur: laudabunt (inquient) te, cum bene feceris tibi. [20] intrabunt usque ad generationes patrum suorum, usque ad finem non videbit lucem. [21] homo cum in honore esset, non intellexit, comparavit se iumentis et silebitur.

50

[1] Canticum, Asaph. Fortis, deus dominus locutus est, et 48
vocavit terram ab ortu solis usque ad occasum eius. [2] de Sion perfecto decore deus apparuit. [3] veniet deus noster et non tacebit, ignis coram eo vorabit et in circuitu eius tempestas valida. [4] vocavit caelum de sursum et terram, ut iudicet populum suum. [5] „congregate mihi sanctos meos, qui feriunt pactum mecum in sacrificio". [6] et adnuntiabunt caeli iustitiam eius, quia deus iudex est. SEMPER. [7] audi, populo meus, et loquar, Israhel, et contestabor te: deus deus tuus ego sum. [8] non propter victimas tuas arguam te, et holocaustomata tua coram me sunt semper. [9] non accipiam de

16 redimet > G^1, redemit RW | 16 *post* meam + semper W^2 | 16 inferni $\beta\mu\varphi RW$ | 16 assumpserit GW | 16 sela *adest in* ξ | 17 groria R | 18 *prima manu in margine inferiori* W | 19 benedicet $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 19 laudabit *unus reginae* | 19 inquient GRW *unus reginae*, > $\beta\mu\xi\varphi$ | 19 feceris $\xi\varphi DGRW$, fuerit $\beta\mu$ | 20 intrabunt $\xi\chi GRW$, intrabit $\beta\mu\varphi$ | 20 generationem $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 20 videbunt $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 20 lumen ξ: c *vocis* lucem *in litura* R | 21 *pro* intellexit EF commorabitur | 21 comparabit se G, conparatus est R, comparatus est $\xi\varphi OW$, assimilatus est EF | 21 et > EF | 21 *pro* silebitur O similis factus est illis, exaequatus est EF | 1 in finem psalmus filiis chorę legendus ad evangelium mathei de adventu christi propheta dicit et iudicio futuro increpatio iudaeorum R | 1 psalmus $\xi\varphi S$ | 2 perfecta $\beta\mu$ | 2 deus > χ | 3[a] ante eum ardebit „*tres canones*", coram eo ardebit „*duo alii mss*" *Gallorum* | 4 vocabit $\beta\mu\varphi$ | 4 ut iudicet $\beta\mu\xi\varphi G$, videret RW^1, videre W^2 | 5 congregatae G^1 | 5 *ad* sanctos S misericordes | 5 mecum G, meum $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 6 caeli > G | 6 *post* est + ipse $\beta\mu$ | 6 semper *adest in* W^2, sela *in* ξ | 7 populo $\xi\varphi\chi GRW$, populus $\beta\mu$ | 7 israhel > G | 7 contestabor te $\beta\mu\xi GR$, testificabor te W, testificabor in te φ | 8 holocautomata $\beta\mu$

domo tua vitulum neque de gregibus tuis hircos. [10] mea sunt enim omnia animalia silvarum, pecudes in montibus milium. [11] scio omnes aves montium, et universitas agri mecum est. [12] si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis et plenitudo eius. [13] numquid comedam carnes taurorum aut sanguinem hircorum bibam? [14] immola deo laudem et redde altissimo vota tua. [15] et invoca me in die tribulationis: liberabo te, et glorificabis me. [16] impio autem dixit deus: quid tibi est cum narratione praeceptorum meorum, et ut adsumas pactum meum in ore tuo? [17] qui odisti disciplinam et proiecisti verba mea post te. [18] si videbas furem, consentiebas ei, et cum adulteris erat pars tua. [19] os tuum dimisisti ad malitiam, et lingua tua concinnavit dolum. [20] sedens adversum fratrem tuum loquebaris, et adversum filium matris tuae fabricabaris obprobrium. [21] haec fecisti, et tacui: existimasti futurum me similem tui. arguam te et proponam ante oculos tuos. [22] intellegite hoc, qui obliviscimini deum, ne forte capiam, et non sit qui liberet. [23] qui immolat confessionem, glorificat me, et qui ordinate ambulat, ostendam ei salutare dei.

51

49 [1] Victori, canticum, David, [2] cum venisset ad eum Nathan propheta, quando ingressus est ad Bersabee. [3] Miserere mei,

9 vitulos χ, taurum *S* | 9 hyrcos G^1 | 10 sylvae *S* | 10 pecodes *RW*, beemoth *S* | 11 *ad* universitas *S* ziz dicitur: nomen est avis | 11 *post* agri + mei $\beta\mu$ *contra* $\xi\varphi BGRW$ | 12 *post* orbis + terrę *R* | 13 carnes χG, carnem $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 13 hyrcorum G^2 [*sic*] | 14 Ymmola *R* | 14 retde *R* | 14 vota > χ | 15 et invoce et invoca *R* | 15 *fin* + semper RW^2 | 16 enarratione φ | 16 et > φRW | 16 ut > *G* | 16 assumas G^2, assumes *W* | 17 *ad* qui *S* et tu | 18 erat $\xi\varphi GRW$ *duo codices Vallarsii*, > $\beta\mu$ | 19 dimisisti $\xi\varphi DGRW$, misisti $\beta\mu$ | 19 concinnavit $\xi\varphi DGRW$, concinnabit $\beta\mu$ | 20 *utroque loco* adversum *G*, *utroque* adversus $\xi\varphi W$, *priori* adversus $\beta\mu R$, *altero* in *omisso* et (χ *ut edidi*) $\beta\mu$ [*de R vide mox*] | 20 fratrem — adversum > *R* | 21 me > χ, *ante* futurum *ponunt* $\xi\varphi RW$ | 21 *post* proponam + te $\xi\varphi RW$ | 22 intelligite *W* | 22 hęc ξ | 22 capiam $\xi\varphi\chi GRW$, rapiam $\beta\mu$ | 23 confessiones *R* | 23 ordinate ambulat *BGRW*, ordinat viam $\beta\mu\xi\varphi$ | 23 dei $\beta\mu\xi\varphi G$, meum *RW* | 1 2 in finem psalmus dd quando venit ad eum nathan propheta quando intravit ad bersabe. legendus ad lectionem esaiae prophetę et lectionem actus apostolorum ubi paulus elegitur vox christi pro populo paenitente et vox pauli ad paenitentiam *R* | 1 psalmus *S* | 2 quum venisset

deus, secundum magnam misericordiam tuam, iuxta multitudinem miserationum tuarum dele iniquitates meas. [4] multum lava me ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me. [5] quoniam iniquitates meas ego novi, et peccatum meum contra me est semper. [6] tibi soli peccavi et malum contra te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaberis. [7] ecce enim in iniquitate conceptus sum, et in peccato peperit me mater mea. [8] ecce enim veritatem diligis, absconditum et arcanum sapientiae tuae manifestasti mihi. [9] adsparges me ysopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor. [10] auditum mihi facies gaudium et laetitiam, et exultent ossa quae confregisti. [11] absconde faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele. [12] cor mundum crea mihi, deus, et spiritum stabilem renova in visceribus meis. [13] ne proicias me a facie tua, et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. [14] redde mihi laetitiam Iesu tui, et spiritu potenti confirma me. [15] docebo iniquos vias tuas, et peccatores ad te revertentur. [16] libera me de sanguinibus, deus, deus salutis meae: laudabit lingua mea iustitiam tuam. [17] domine, labia mea aperies, et os meum adnuntiabit laudem tuam. [18] non enim vis ut victimam feriam, nec holocaustum tibi placet. [19] sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum, deus, non despicies. [20] bene fac, domine, in voluntate tua Sion, et aedificentur muri Hierusalem. [21] tunc susci-

$\beta\mu$, quando venit $\xi\varphi$ | 2 cum intravit ξ | 2 bethsabee $\beta\mu\varphi$, bersabae *G*, bersabeae *W* | 3 magnam > $\beta\mu\xi\varphi$ | 3 *pro* tuarum *R* tuam | 5 *ad* iniquitates meas *S* errores meos. iniquitatem meam *duo libri Vallarsii* | 5 ego novi > W^1 | 5 novi *GRW*^{2} *duo libri Vallarsii*, cognovi $\beta\mu\xi\varphi$ | 6 contra te *G*, coram te $\beta\mu\xi\varphi RW$, in oculis tuis *S* | 6 cum φGRW, quum $\beta\mu$, dum χ | 6 iudicaveris $\beta\mu$, iudicabis *H*, iudicaris LK^1 *canones*, iudicatus fueris *S* | 7 enim > $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 8 in absconditio et in arcano *N*, in absconditio *etiam EF* | 8 *fin* sapientiam manifestabimus *S*, sapientiam manifestabis mihi *EF*, *N ut edidi* | 8 tuae > $\beta\mu$ | 9 asperges *GW*, purificabis *S* | 9 hysopo *R*, hyssopo $\beta\mu\xi\varphi$ | 9 dealvabor *R* | 10 facias ξ | 10 et *alterum* > $\beta\mu$, ut „*plures mss*“ *Vallarsii* | 13 et > *R* | 14 iesu $\xi\varphi ABCD$, ihſu *G*, hiesu *RW*, salutaris $\beta\mu$. „h habet iesu“ *S* | 15 convertentur φ | 18 vis > W^1 | 18 ut > *R* | 18 feriam $\xi\varphi ABCDGRW$ „*plures mss*“ *Gallorum*, feram $\beta\mu$ | 19 sacrificia *S* | 19^a dei $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 19 *ad* contribulatus *S* contritus | 19 despicet *R*, despiciet *W* | 20 benigne $\xi\varphi RSW$ | 20 domine $\xi\chi GRW$, > $\beta\mu\varphi$ | 20 *post* in + bona *G* | 20 Sion > G^1 | 20 et $\xi\varphi\chi GRW$, > $\beta\mu$

pies sacrificium iustitiae, oblationes et holocausta, tunc inponent super altare tuum vitulos.

52

50 [1]Victori erudito, David, [2]cum venisset Doech Idumaeus et adnuntiasset Saul, dicens ei „venit David in domum Abimelech“. [3]Quid gloriaris in malitia, potens? misericordia dei tota est die. [4]insidias cogitat lingua tua quasi novacula acuta faciens dolum. [5]dilexisti malum magis quam bonum, mendacium magis quam loqui iustitiam. SEMPER. [6]dilexisti omnia verba ad devorandum, linguam dolosam. [7]sed deus destruet te, in sempiternum terrebit te et evellet de tabernaculo, et eradicabit te de terra viventium. [8]videbunt iusti et timebunt et super eum ridebunt. [9]„ecce vir qui non posuit deum fortitudinem suam, sed speravit in multitudine divitiarum suarum, confortatus est in insidiis suis“. [10]ego sicut oliva virens in domo dei, speravi in misericordia dei in saeculum sempiternum. [11]confitebor tibi in saeculo, quoniam fecisti, expectabo nomen tuum, quoniam bonum, in conspectu sanctorum tuorum.

53

51 [1]Victori pro choro intellegenti David. [2]Dixit stultus in

21 imponent *GW* | 21 *fin* tauros *S* | 1 2 in finem intellectus david cum venit dohaec idumeus adnuntiavit saul et dixit venit david in domo abime *sequitur versus unus pumice deletus R* | 1 victori erudito *GW*, victori eruditio *βμξφ*, victoria de erudito *B* | 2 *init* venit *ξφ* | 2 doech *χG*, dohec *W*, doec *βξB* *„cum plerisque aliis“ Vallarsii* [*qui quatuor habuit*], doeg *μφ* | 2 nuntiasset *W*, annuntiasset *βμ*, annunciavit *ξφ* | 2 saul *ξφχGW*, sauli *βμ* | 2 dicens *βμGW*, et dixit *ξφ* | 2 illi *ξ* | 2 domo *ξ* | 2 abimelech *ξχG*, abimeł *W*, achimelech *φB* *„cum plerisque aliis“ Vallarsii*, ahimelech *βμ* | 3 est > *ξφW* | 4 cogitavit *ξφRW* | 4 lingua tu *G* | 4 fecisti *χ* | 5 loqui > *χ* | 5 sela *ξ*, semper W^2 | 6 deorandum *R* | 6 linguam dolosam *ξφχG tres codices Gallorum*, lingua dolosa *βμRW* | 7 distruet *R* | 7 torrebit *ξRW* | 7 te *secundum ξφχGRW*, > *βμ* | 7 *post* evellet + te *βμ* W^1 | 7 *post* tabernaculo + tuo *ξRW* | 7 *fin* + semper *βμφ* W^2, + sela *ξ* | 9 non > *β* | 10 go *vocis* Ego *in litura G* | 10 *post* ego + autem *βμφW* | 10 sempiternum *βμξφGHLPRW speculum Augustini benedictinum*, et in aeternum *„alii“codices Gallorum* | 11 saeculum *βμξφR*, scłm *W* | 11 *post* fecisti + et *βμξφRW* | 11 *ad* sanctorum *S* misericordium | 1 in finem pro mehlech intellegentia david legendus ad eu[a]ngelium mathei increpat iudęos incredulos operibus negantes deum *R* | 1 pro choro *DGHW*, per chorum *βμξφ* | 1 intelligenti *DH*,

corde suo „non est deus“. corrupti sunt et abominabiles facti sunt in iniquitate, non est qui faciat bonum. [3]deus de caelo prospexit super filios hominum, ut videret si esset intellegens, requirens deum. [4]omnes aversi sunt, pariter adhaeserunt: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. [5]numquid non cognoverunt qui operantur iniquitatem, qui comedunt populum meum ut cibum panis, deum non invocaverunt? [6]ibi timuerunt timore, ubi non est timor, quoniam deus dispersit ossa circumdantium te: confunderis, quia deus proiecit eos. [7]quis dabit ex Sion salutare Israhel? cum reduxerit deus captivitatem populi sui, exultabit Iacob et laetabitur Israhel.

54

[1]Victori in psalmis, eruditi David, [2]quando venerunt Ziphaei 52
et dixerunt Saul „nonne David absconditus est apud nos?“.
[3]Deus, in nomine tuo salva me, et in fortitudine tua ulciscere me. [4]deus, exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei: [5]quia alieni insurrexerunt adversum me, et fortes quaesierunt animam meam, et non proposuerunt deum in conspectu suo. SEMPER. [6]ecce deus auxiliatur mihi, dominus sustentans animam meam. [7]redde malum insidiatoribus meis, in veritate tua disperde eos. [8]voluntarie sacrificabo tibi, confitebor nomini tuo, domine, quoniam bonum est: [9]quoniam ex omni tribulatione liberavit me, et inimicos meos dispexit oculus meus.

eruditi „*alii*“ *Vallarsii*, eruditio $\beta\mu\xi\varphi$ | 2 abhominabiles *GW* | 2 in *alterum* > *R*, *obelizatum habet W* | 3 videat ξ | 3 est $\beta\mu$ | 3 intelligens *W* | 3 *ante* requirens + aut *obelizatum W* | 4 non — unum > *RW* | 5 nunquid *G* | 5[1] non > *G* | 6 est $\xi\varphi\chi$*GRW*, erat $\beta\mu$ | 6 te > *GW* | 7 exion *R* | 7 salutare $\beta\mu\xi\varphi$*EFGHKLMOPRW*, salutaria *NQ* | 7 exultavit *RW* | 7 et > $\beta\mu\xi\varphi$*RW* | 1 2 in finem in carminibus intellectus dd cum venissent zifei et dixissent ad saul nonne dd absconditus est apud nos vox christi ad patrem *R* | 1 eruditi *ABCDGW*, eruditio $\beta\mu\xi\varphi$ | 2 cum venissent ξ | 2 ziph· *G*, ziphei ξ*W* | 2 dixissent ξ | 3 salvum me fac χ | 3 tua > *G* | 5 adversus ξ*RW* | 5 et non proposuerunt $\xi\varphi$*ABCDGRW*, non posuerunt $\beta\mu$ | 5 semper > *R*, sela *adest in* ξ | 6 auxiliabitur $\xi\varphi$*RW*, auxiliator $\beta\mu$ | 6[2] dominus *in litura W* | 7 redde $\xi\varphi\chi$*G*, reddet $\beta\mu$, reddit *RW* | 7 *ad* insidiatoribus *S* decantatoribus | 7 veritate $\beta\mu\xi\varphi$*G*, virtute *RW* | 7 tua > χ | 8 est > $\beta\mu$*RW* | 9 *post* et + super *W* | 9 inimicus meus *R* | 9 dispexit *ABCDGRW*, vidit $\beta\mu\xi\varphi$ | 9 oculos meos *RW*

55

53 [1]Victori in psalmis, eruditi David. [2]Exaudi, deus, orationem meam, et ne despicias deprecationem meam: [3]adtende mihi et audi me. humiliatus sum in meditatione mea et conturbatus [4]a voce inimici, a facie persequentis impii: quoniam proiecerunt super me iniquitatem et in furore adversabantur mihi. [5]cor meum doluit in vitalibus meis, et terrores mortis ceciderunt super me. [6]timor et tremor venit super me, et operuit me caligo. [7]et dixi: quis dabit mihi pennas columbae, ut volem et requiescam? [8]ut procul abeam, et commorer in deserto? SEMPER. [9]festinabo, ut salver a spiritu tempestatis et turbinis. [10]praecipita, domine, divide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in civitate, [11]die et nocte circumeuntes muros eius: scelus et dolor in medio eius, [12]insidiae in vitalibus eius, et non recedit de plateis eius damnum et fraudulentia. [13]non enim inimicus exprobravit mihi, ut sustineam, neque is qui me oderat super me magnificatus est, ut abscondar ab eo: [14]sed tu, homo unanimis meus, dux meus et notus meus: [15]qui simul habuimus dulce secretum, in domo dei ambulavimus cum terrore. [16]veniat mors super eos, et descendant in infernum viventes: quia nequitiae in congregatione eorum et in medio eorum. [17]ego ad deum clamabo, et dominus salvabit me. [18]vespere et mane et meridie loquar et resonabo, et exaudiet vocem meam. [19]redimet in pace animam meam ab adpropinquan-

1 in finem intellectus in carminibus dd vox christi adversus magnatos iudęorum et iuda traditore *R*, victori intellectus in carminibus david *ξ* | 1 eruditi *GW* „*alii*“ *ex mss Vallarsii* „*plures*“ *Gallorum*, eruditio *βμφ*, canticum „*alii*“ *ex mss Vallarsii* | 1 david david *W* | 2 dispicias *GR* | 3 attende *W* | 3 exaudi *βμξφRW* | 4 impii > *W*[1] | 6 venerunt *χ* | 7 pinnas *R* | 8 sela *adest in ξ*, semper *in W* | 9 festina *S* | 9 ab spiritu *ξRW* | 9 turbidinis *ξRW* | 11 dolorem *RW* | 12 in civitatibus suis *W* | 12 recedet *G* | 12 dampnum *R* | 12 fraudolentia *G* | 13 susteneam *R* | 13 me *prius* > *φW* | 13 odorat *W* | 13 me *alterum* > *G*[1]*R* | 14 unianimis *RW* | 14 meus *primum* > *χW* | 15 cum *βμG*, in *ξφRW* | 16 et *prius* > *βμξφRW* | 16 discendant *RW*[2] | 16 ad infernum *G*[1], in interitum *ξ* | 16 quoniam *W* | 16 et *alterum* > *βμ* | 17 *post* ego + autem *ξ* | 17 deum *βμξG*, dominum *φRW* | 19 redimet *ξφGW* „*alii e mss*“ *Vallarsii* „*quamplures*“ *Gallorum*, redemet *R*, redime „*alii e mss*“ *Vallarsii*, redemit *βμ* | 19 appropinquantibus *W*

morte sua, et firma sint vestibula eorum. [5] in labore hominum non sunt et cum hominibus non flagellabuntur: [6] ideo nutriti sunt ad superbiam: circumdederunt iniquitatem sibi. [7] processerunt a pinguedine oculi eorum, transierunt cogitationes cordis. [8] inriserunt, et locuti sunt in malitia calumniam, de excelso loquentes. [9] posuerunt in caelum os suum, et lingua eorum deambulavit in terra. [10] propterea convertetur populus eius hic: et quis plenus invenietur in eis? [11] et dixerunt „quomodo novit deus, et si est scientia in excelso?“. [12] ecce isti impii et abundantes in saeculo multiplicaverunt divitias. [13] ergone frustra mundavi cor meum, et lavi in innocentia manus meas? [14] et fui flagellatus tota die, et increpatio mea in matutinis? [15] dixi „si narravero sic, ecce generationem filiorum tuorum reliqui“. [16] et cogitavi ut intellegerem istud: labor est in oculis meis, [17] donec veniam ad sanctuaria dei, intellegam in novissimo eorum. [18] verumtamen in lubrico posuisti eos: deiecisti eos ad interitum. [19] quo modo vastati sunt subito? defecerunt, consumpti sunt quasi non sint, [20] quasi somnium evigilantis: domine, in civitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges, [21] quia contractum est cor meum, et lumbi mei velut ignis fumigans: [22] et ego insipiens et nescius: quasi iumentum factus sum aput te: [23] et eram semper tecum, et tenebas manum dexteram meam. [24] in consilium tuum deduces me, et postea in gloria suscipies me. [25] quid mihi est in caelo? et tecum nolui in terra. [26] consumpta est

6[a] ideo suffocavit eos superbia *D* *„exesis vetustate literis“* | 7 pinguidine R^1, pinguine R^2 | 7 *post* transierunt + in ξ | 8 irriserunt *W* | 8 calumniam calumniam *G* | 8 calumniam *ad sequentia trahit* ξ | 9 terram ξ | 10 eius $\beta\mu\xi\varphi G$, meus *RW* | 10 huc φ | 12 habundantes *R* | 12 multi caverunt *R* | 13 lavavi *R* | 13 in > *R* | 15 *praemittunt* et $\beta\mu$ | 15 tuorum > *R* | 16 intelligerem *W* | 16 istud *cum sequentibus iungunt* ξW | 17 sanctuarium $\xi\chi$ | 17 *post* dei + semper *RW*, + et *„editi ac mss libri“ Gallorum* | 17 intelligam *W* | 17 novissimos χ | 19 subito *cum seqq iungit* ξ | 19 *post* quasi + qui *D* | 20 somnum *G* | 20 tua $\xi\varphi BDGRW$, > $\beta\mu$ | 21 et renes mei resoluti sunt *MO.* renes *pro* lumbi, *cetera ut edidi N „alia duo exemplaria“ Gallorum* | 21 mei > *W* | 21 velud *R* | 22 et *alterum* > *RW*, *sequitur hos post* nescius *incidere non debere, quod faciunt* | 22 *pro* sum χ eram | 22 apud *GW* | 22 te > *W* | 23 eram $\xi\varphi GRW$, ego $\beta\mu$ | 24 me *prius* > ξ | 25 nolui $\mu\varphi\chi GRW$, o lui $\beta\xi$

caro mea et cor meum: robur cordis mei et pars mea deus in aeternum. [27]quia ecce qui elongant se a te, peribunt: perdidisti omnem fornicantem a te. [28]mihi autem adpropinquare deo bonum est: posui in domino deo spem meam, ut narrem omnes adnuntiationes tuas.

74

72 [1]Eruditionis Asaph. Ut quid, deus, reppulisti in finem? fumavit furor tuus in gregem pascuae tuae? [2]recordare congregationis tuae, quam possedisti ab initio et redemisti virgam hereditatis tuae, montis Sion, in quo habitasti. [3]sublimitas pedum tuorum dissipata est usque in finem: omnia mala egit inimicus in sanctuario tuo. [4]fremuerunt hostes tui in medio pacti tui, posuerunt signa sua in tropaeum, [5]manifesta desuper in introitu: in saltu lignorum secures. [6]et nunc scalpturas eius pariter bipenne et dolatoriis deraserunt. [7]miserunt ignem in sanctuarium tuum, in terra contaminaverunt habitaculum nominis tui. [8]dixerunt in cordibus suis posteri eorum simul, incenderunt omnes solemnitates dei in terra. [9]signa nostra non vidimus, non est ultra propheta, et non est nobiscum qui sciat usque quo. [10]usque quo, deus, exprobrabit adversarius, blasphemabit inimicus nomen tuum in finem? [11]quare convertis manum tuam et dexteram tuam? ad medium sinum tuum

26 *fin* saeculum *S* | 27 perdisti *W* | 27 *fin* abs te *ξ* | 28 propinquare *βμ*, appropinquare *ξφχW* | 28 *fin* omnia imperia tua *NQ*, praedicationes tuas *L. quae NQ praebent, alii in margine habere videntur scholium* | 1 *init* in finem pro idithun psalmus asaph vox christi ad patrem *R* | 1 eruditionis *GW „aliquot mss" Gallorum*, eruditio *βμφ*, eruditus *N*, eruditiones *tres codices Vallarsii*, oratio *F*, intellectus *ξ* | 1 repulisti *R* | 1 fumavit *ξχG*, fumabit *βμφRW* | 2 et *ξφGRW „quidam mss" Vallarsii*, > *βμ* | 2 *ad* virgam *S* sceptrum | 2 montis *GRW „quidam mss" Vallarsii*, montem *βμξφ* | 3 ad in finem *G*, *sed* ad *punctis deletum*, ad finem *βμξφRW* | 3 tuo *G „quidam mss" Vallarsii*, > *βμξφRW* | 4 pacti tui *radendo deleta in R, sed ita ut legi adhuc possint* | 4[2] *„quattuor aut quinque exemplaria mss* posuerunt signa sua signa. *hoc retinet memmianus etiam codex, et sic dividit* Signa manifesta *etc" Martianay* | 4 tropheum *G*, tropeum *RW* | 5 in introitu desuper *βμξφRW* | 6 scalpturas *χG*, sculturas *R*, sculpturas *βμξφW* | 6 bipinnae *G*, bipinnę *RW* | 6 dolatoris G^1 | 7 terram *βμ* | 7 habitaculum *ABCDG*, tabernaculum *βμξφW*, tarbernaculum *R* | 7 sollemnitates *R* | 10 exprobravit *χG* | 10 *post* adversarius + irritat *W* | 10 blasphemavit *χG* | 11 ad medium sinum tuum *ABCDGKLPRW*, a medio sinu tuo *βμ*, in medio

consume. [12] deus autem rex meus ab initio: operatus est salutes in medio terrae. [13] tu dissipasti in fortitudine tua mare, contrivisti capita draconum in aquis. [14] tu confregisti capita Leviathan: dedisti eum in escam populo Aethiopum. [15] tu disrupisti fontes et torrentes: tu exiccasti flumina fortia [16] tua est dies et tua est nox: tu ordinasti luminaria et solem. [17] tu statuisti omnes terminos terrae: aestatem et hiemem tu plasmasti. [18] memento huius: inimicus exprobravit domino, et populus insipiens blasphemavit nomen tuum. [19] ne tradas bestiis animam eruditam lege tua: vitae pauperum tuorum ne obliviscaris in perpetuum. [20] respice ad pactum: quia repletae sunt tenebris terrae, habitationes iniquae subrutae. [21] ne revertatur confractus et confusus: egenus et pauper laudabunt nomen tuum. [22] surge, deus, iudica causam tuam: memento obprobrii tui ab insipiente tota die. [23] ne obliviscaris vocis hostium tuorum: sonitus adversariorum tuorum ascendit iugiter.

75

[1] Victori ut non disperdas. psalmus Asaph cantici. [2] Con- 73
fitebimur tibi, deus, confitebimur, et iuxta nomen tuum narrabunt mirabilia tua. [3] cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. [4] dissolvetur terra cum omnibus habitatoribus suis: ego adpendi columnas eius. SEMPER. [5] dixi inique agentibus „nolite inique agere“ et impiis „nolite exaltare cornu“. [6] nolite extollere in excelsum cornu vestrum, loquentes in cervice veteri. [7] quia nec ab oriente neque ab occidente neque a solitudine

sinu tuo ξ, de medio sinu tuo φ | 11 consume βμ*GKLPRW*, consumens ξφ *tres codices Gallorum* | 12 meus *radendo deletum in R* | 12 operatus est χ*G*, operatus *R*, operatur βμξφ*W* | 14 *ad* confregisti *S* fregisti | 14 in ξφχ*GRW*, > βμ | 15 dirupisti βμφ | 15 fontes et torrentes χ*G*, fontem et torrentem βμξφ*RW* | 15 exsiccasti *GRW* | 16 *init* tuus φ*W* | 16 luminaria ξφχ*GRW*, luminare βμ | 17 terminos > *G* | 20 *post* pactum + tuum ξ | 20 repleti *W* | 20 subrutae ξ[-ę]φ*R duo codices Vallarsii*, subrute *G*, subruptae *W*, > βμ | 21 et *prius* ξφχ*GRW*, > βμ | 22 voces βμξφ*RW* | 1 in finem ne corrumpas psalmus asaph vox christi de iudicio futuro *R* | 1 ut ξφ*GW duo codices Vallarsii „quamplurimi“ Gallorum*, > βμ | 1 canticum „*alii*“ *codices Gallorum* | 3 accipero *RW* | 3 *ad* tempus *S* condictum | 3 iustitias *BGRW*, iusti iustitias *D*, recta βμξφ | 4 desolvetur *RW* | 4 habitationibus γ*WZ* [-c-γ] | 4 o *vocis* columnas *in litura G* | 4 semper *adest in W*[2], sela *in* ξ | 5[a] dixi laetantibus nolite laetari *D* | 6 exaltare βμ | 7 nec *G*, neque

montium, [8] sed deus iudex: hunc humiliabit, et hunc exaltabit. [9] quia calix in manu domini est et vino meraco usque ad plenum mixtus, et propinabit ex eo: verumtamen faeces eius epotabunt bibentes omnes impii terrae. [10] ego autem adnuntiabo in sempiternum, cantabo deo Iacob. [11] et omnia cornua impiorum confringam, et exaltabuntur cornua iusti.

76

74 [1] Victori in psalmis canticum Asaph carminis. [2] Cognoscetur in Iudaea deus: in Israhel magnum nomen eius. [3] et erit in Salem tabernaculum eius, et habitatio eius in Sion. [4] ibi confringet volatilia arcus, scutum et gladium et bellum. SEMPER. [5] lumen tu es, magnifice, a montibus captivitatis: spoliati sunt superbi corde: [6] dormitaverunt somnum suum, et non invenerunt omnes viri exercitus manus suas. [7] ab increpatione tua, deus Iacob, consopitus est et currus et equus. [8] tu terribilis es, et quis stabit adversum te? ex tunc ira tua. [9] de caelo adnuntiabis iudicium: terra timens tacebit. [10] cum surrexerit ad iudicandum deus, ut salvos faciat omnes mites terrae. [11] quia moeror hominis confitebitur tibi: reliquiis moeroris accingeris. [12] vovete, et reddite domino deo vestro: omnes qui in circuitu eius, offerent dona terribili, [13] auferenti spiritum ducum, terribili regibus terrae.

$\beta\mu\xi\varphi RW$ | 9 est $\xi\varphi ABCDGRW$, $> \beta\mu$ | 9 et *prius* $\beta\mu ABCDG$, $> \xi\varphi RW$ | 9 usque $\xi\varphi ABCDGRW$, $> \beta\mu$ | 9 propinavit G | 9 feces GW | 9 epotabunt $\xi\varphi\chi GRW$, potabunt $\beta\mu$ | 10 *ad* cantabo S psallam | 11 et *alterum* $> \beta\mu$ | 1 in finem in laudibus psalmus asaph caticum [*sic*] ad assirium vox christi ecclesiae ad christum R | 1 psalmis canticum $ABCDGHLP$, psaŧ cantici W, carminibus psalmus $\xi\varphi S$, psalteriis psalmus $\beta\mu$, psalmus canticum *quatuor codices Gallorum* | 1 carminis $ABCDGW$, cantici $\beta\mu$, canticum $\xi\varphi$ | 2 cognoscetur DG, cognoscitur $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 3 Ierusalem D „*nonnulli codices*“ *Gallorum* | 3 tabernalum R | 4 confringet $\xi\varphi BDGRW$, confregit $\beta\mu$ | 4 *ad* volatilia arcus S diaboli arcum [*Abbacuc* 3, 5 *vel* 15 *laudat Martianay*] | 4 sela *adest in* ξ, semper *in* W^2 | 5 manifice R | 6 superbia GRW^1, superbi a W^2 | 7 et *prius* $\xi\chi GRW$, $> \beta\mu\varphi$ | 8 qui GR | 9 *ad* adnuntiabis S auditum fecisti | 9 *pro* adnuntiabis B annuntiaverunt | 9 *post* timens + et $\beta\mu$ *contra* $\xi\varphi BGRW$ „*plerosque alios*“ *Vallarsii* | 10 iudicandum $\xi\varphi BGRW$, iudicium $\beta\mu$ | 10 *fin* + semper $\beta\mu\varphi RW^2$, + sela ξ | 11[1] moeror $DHLMOP$, meror G, ira $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 11 reliquus G, reliquis R | 11[2] moeroris $DHLMOP$, meroris G, irarum $\beta\mu$, ire ξ, irae φBRW | 12 *post* eius + sunt $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 13 auferent RW, auferentis G, auferet φ | 13 terribilia R^1

77

[1]Victori per Idithun psalmus, Asaph. [2]Voce mea ad 75
deum clamavi, voce mea ad deum, et exaudivit me. [3]in die tribulationis meae dominum exquisivi: manus mea nocte extenditur et non quiescit: noluit consolari anima mea. [4]recordans dei conturbabar: loquebar in memetipso, et deficiebat spiritus meus. SEMPER. [5]prohibebam suspectum oculorum meorum, stupebam et non loquebar. [6]recogitabam dies antiquos, annos pristinos. [7]recordabar psalmorum meorum in nocte: cum corde meo loquebar et scrobebam spiritum meum. [8]ergone in aeternum proiciet deus et non repropitiabitur ultra? [9]ergone conplebit usque in finem misericordiam suam? consummabit verbum de generatione in generationem? [10]numquid oblitus est misereri deus? aut conplebit in furore misericordias suas? SEMPER. [11] et dixi „inbecillitas mea est haec, commutatio dexterae excelsi: [12]recordabor cogitationum domini, reminiscens antiqua mirabilia tua: [13]et meditabor in omni opere tuo, et adinventiones tuas loquar". [14]deus, in sanctuario via tua: quis deus magnus ut deus? [15]tu es deus faciens mirabilia, ostendens in populis potentiam tuam: [16]redemisti in brachio populum tuum, filios Iacob et Ioseph.

1 in finem pro idithun psalmus asaph vox christi ad patrem *R*, eruditionis asaph psalmus asaph *W* | 1 per *BGP*, pro *ξφD duo codices Gallorum*, super *βμ* | 1 iduthun *φ* | 2[1] deum *βμG*, dominum *ξφRW* | 2 clamavi *ξGRW*, exclamavi *φ*, et clamavi *βμ* | 2[2] dominum *φ* | 2 *fin* et praebuit mihi aurem *S* | 3[1] deum *φRW* | 3 requisivi *βμ* | 3 Soluit *R* | 4 semper > *R*, *adest in W*, sela *adest in ξ* | 5 *init* comprehendisti *S* | 5 supectum *R* | 6 pristinos *GRW tres codices Vallarsii*, saeculorum *βμξφ* | 7 recogrdabar *R*[1], recordabor *φ* | 7 carminis mei *S* | 7 *GW* cum corde meo *cum praecedentibus iungunt* | 7 scobebam *ξRW*, scopebam *φL tres codices Vallarsii*, scrutabar *βμ* *„septem antiquiores ac melioris notae codices" Gallorum*, abscondebam *P* | 8 ergo *R* | 8[1] in saecula *S* | 8 proieciet *R*, projicet *β*, projiciet *μ*, proijciet *ξφ* | 8 dominus *βμξφ* | 8 propiciabitur *φ* | 9 ergo *G*[1] | 9 complebit *ξφDGW*, complevit *βμ* | 9 consumabit *D*, consummabitur *βμξφ* | 9 in generationem *ξφDEFG KLMNOPQ*, in generatione *RW*, et generatione *βμH* | 10 complebit *GW* | 10 *ad* misericordias *S* pietates | 10 misericordiam suam *φW* | 10 sela *adest in ξ*, semper *in W* | 11 inbicillitas *R* | 11 commotatio *R*, annos *S* | 11 dextere *G*, dextera *R* | 12 recordabar *γWZ* | 14 sanctuario *ABCDGRW*, sancto *βμξφ* | 15 *ad* ostendens *S* innotescens | 16 redimisti *W*

SEMPER. [17]videntes te aquae, deus, videntes te aquae parturierunt, et commotae sunt abyssi. [18]excusserunt aquas nubila: vocem dederunt nubes, et sagittae tuae discurrebant. [19]vox tonitrui tui in rota: apparuerunt fulgura tua orbi: concussa est et commota est terra. [20]in mari via tua, et semitae tuae in aquis multis: et vestigia tua non sunt agnita. [21]deduxisti quasi gregem populum tuum in manu Moysi et Aaron.

78

76 [1]Eruditionis Asaph. Ausculta, populus meus, legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei: [2]aperiam in parabola os meum, loquar aenigmata antiqua: [3]quae audivimus et cognovimus, et patres nostri narraverunt nobis: [4]non sunt abscondita a filiis eorum, a generatione sequenti. narrantes laudes domini et potentiam eius et mirabilia eius, quae fecit. [5]statuit contestationem Iacob, et legem posuit in Israhel: quae mandavit patribus nostris, ut docerent filios suos: [6]ut cognosceret generatio subsequens: filii nascituri surgent et narrabunt filiis suis, [7]ut ponant in deo spem suam, et non obliviscantur cogitationum eius, et mandata eius custodiant, [8]ut non sint sicut patres eorum, generatio declinans et provocans, generatio, quae non praeparavit cor suum, et non credidit deo spiritus eius. [9]filii Ephraim intendentes et mittentes arcum terga verterunt in die belli. [10]non custodierunt pactum dei sui, et in lege eius noluerunt ingredi, [11]et obliti sunt commutationum eius et mirabilium eius, quae ostendit eis. [12]coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti, in re-

16 sela *in* ξ, semper *in* W | 17 te *alterum* $> \chi G$ | 17 parturiverunt ξR | 17 commota RW | 19 tui $> R$ | 19 *ad* apparuerunt S illuxerunt | 19 fulgora RW | 19 est *prius* $\xi\varphi DGRW$, $> \beta\mu$ | 19 *fin* et peperit terra D | 21 *ad* gregem S oves | 21 mosi $\beta\mu$, moisi ξ | 21 aron R, *ubi* o *in litura* | 1 *init* intellectus asaph vox christi de iudęis R | 1 eruditiones χ, eruditio φ, intellectus ξ | 1 in G, ad $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 2 apperiam R | 2 parabula R, parobolis W | 2 enigmata GRW | 4 narrante χ | 5 constationem RW | 5 *ante* Iacob + in $\beta\mu\varphi$ *contra* $\xi\chi GRW$ | 6 Filii *stichi initium faciunt* GRW | 7 *ad* cogitationum S adinventionum | 7 eius *prius* GRW *tres codices Vallarsii*, dei $\beta\mu\xi\varphi$ | 8 ut $\xi\chi GRW$, et $\beta\mu\varphi$ | 8 sicut $> W$ | 9 effraim G, effrem RW | 9 et mittentes $\xi\varphi\chi GRW$, emittentes $\beta\mu$ | 10 sui $\xi\varphi GRW$ *tres codices Vallarsii*, $> \beta\mu$ | 11 commotationum RW, cogitationum $\beta\mu$, adinventionum S. *sed tres codices Vallarsii* $= \xi\varphi G$

gione Taneos. [13] divisit mare, et transduxit eos: et stare fecit aquas quasi acervum. [14] et duxit eos in nube per diem, et tota nocte in lumine ignis. [15] scidit petram in deserto, et potum dedit quasi de abyssis magnis. [16] et eduxit rivos de petra, et elicuit quasi flumina aquas. [17] et addiderunt ultra peccare ei, ut provocarent excelsum in invio. [18] et temptaverunt deum in cordibus suis, petentes cibum animae suae: [19] et loquentes contra deum dicebant „numquid poterit deus ponere mensam in solitudine? [20] ecce percussit petram, et fluxerunt aquae et torrentes inundaverunt: numquid et panem poterit dare, aut praeparare carnem populo suo?“. [21] ideo audivit deus, et non distulit: et ignis succensus est in Iacob, et furor ascendit in Israhel: [22] quia non crediderunt deo, nec habuerunt fiduciam in salutari eius. [23] et praecepit nubibus desuper, et portas caeli aperuit. [24] et pluit super eos man ut comederent, et triticum caeli dedit eis. [25] panem fortium comedit vir: cibaria misit eis in saturitatem. [26] abstulit eurum de caelo, et induxit in fortitudine sua africum. [27] et pluit super eos quasi pulverem carnes, et quasi harenam maris volatilia pennata. [28] et ceciderunt in medio castrorum eius, in circuitu tabernaculorum eius, [29] et comederunt, et saturati sunt nimis: et desiderium eorum attulit eis: [30] non indiguerunt de cupiditate sua, cum adhuc cibus esset in ore eorum. [31] furor ergo dei ascendit super eos, et occidit pingues eorum,

13 *init* disrupit *S* | 13 *fin* in utre *S* | 14 in *prius* > *RW* | 14 in lumine *βμξφG*, inluminatione *RW* | 15 quasi abyssus magnus *G* | 16 duxit *RW* | 17 et provocaverunt *OM* | 18 suis > *G* | 18 petententes *G* | 19 ponere *ξφGRW tres codices Vallarsii*, parare *βμ* | 19 solitudinem *tres codices Vallarsii* | 20 parare *βμ* | 21 dominus *βμξφRW* | 21 non > *EFQ „exemplaria tria canonis“ ξ, sed Faber in margine „sunt qui habent* non distulit“ | 21 accensus *βμξφR*, ascensus *W* | 22 *ante* deo + in *βμξφRW contra ABCDG* | 22 i *vocis* salutari *in litura R*, salutare W^1 | 22 fidutiam *R* | 23 praecipit *βμRW. ut edidi etiam nescio quis e testibus Vallarsii* | 24 man *G unus reginae*, mān *R*, manna *βμξφW* | 25 *pro* comedit vir *RW* comeditur | 25 cibariam *RW* | 25 illis *βμ* | 25 saturitate *G* | 26 virtute *D* | 26 affricum *R* | 27 carnes *ξφDGRW*, carnem *βμ* | 27 harenas *G*, arenam *βμξφ* | 27 pinnata *R* | 28 *utroque loco* eius *GRW codices Vallarsii „minori numero“*, eorum *βμξφ* | 29 nimis > G^1 | 30^1 nondum expleverunt desiderium suum *QS. ut S margo N, HKLMP ut edidi* | 30 indeguerunt *RW* | 30 cupitate *R* | 30 *pro* esset *NQ* eorum | 31 ego G^1

et electos Israhel incurvavit. [32] in omnibus his peccaverunt ultra, et non crediderunt mirabilibus eius. [33] et consumpsit in vanitate dies eorum, et annos eorum velociter. [34] si occidebat eos, tunc requirebant eum et convertebantur et diluculo consurgebant ad deum [35] et recordabantur quia deus fortitudo eorum, et deus excelsus redemptor eorum est. [36] et lactaverunt eum in ore suo, et lingua sua mentiti sunt ei: [37] cor autem eorum non erat firmum cum eo, nec permanserunt in pacto eius. [38] ipse vero misericors propitiabitur iniquitati, et non disperdet: multumque avertit iram suam, et non suscitavit totum furorem suum: [39] sed recordatus est quia caro essent, spiritus vadens et non revertens. [40] quotiens provocaverunt eum in deserto? adflixerunt eum in solitudine? [41] et conversi sunt et temptaverunt deum, et sanctum Israhel concitaverunt. [42] non sunt recordati manus eius, diei qua redemit eos a tribulante. [43] qui fecit in Aegypto signa sua, et ostenta sua in regione Taneos. [44] qui convertit in sanguinem fluvios eorum, et rivos eorum, ut non biberent. [45] qui misit eis omne genus muscarum, ut comederent eos, et ranas, ut disperderent eos. [46] qui dedit brucho germen eorum, et laborem eorum locustae. [47] qui occidit in grandine vineas eorum, et sycomoros eorum in frigore. [48] qui tradidit grandini pascua eorum, et iumenta eorum volucribus. [49] qui misit in eos iram furoris sui, indignationem et comminationem et angustiam, inmissionem angelorum malorum. [50] munivit semitam furoris sui, non pepercit a morte animae eorum, et animantia eorum pesti tradidit. [51] et per-

31 israhel > *RW* | 32 *post* crediderunt + in *βμφ* | 32 mirabibus *W* | 33 consumsit *R* | 34 requirebant *ξφχGRW*, quaerebant *βμ* | 34 deluculo *R* | 34 *fin* ad eum *ξ* | 35 recordabuntur *R* | 35 *post* eorum *prius* + est *ξ* | 35 est > *R in fine paginae* | 36 et allectaverunt *χ* | 36 *ante* lingua + in *ξφ* | 37 *init* os *RW* | 38 *post* disperdet + eos *obelizatum W* | 39 sed *ξφDGRW*, et *βμ* | 39 caro > *R*, *in margine crux rubra* | 40 quoties *βμξR* | 40 afflixerunt *W* | 42 diei *ξφχRW*, die *βμG* | 42 a *ξφGRW*, de *βμ* | 43 *ad* fecit *S* posuit | 43 aegipto *R* | 44 eorum *prius* > *D* | 44 ut non *βμξGRW*, ne *φ* | 45 misit *DG*, inmisit *RW*, immisit *βμξφ* | 45 eis *ξDG*, in eis *φRW*, in eos *βμ* | 46 bruco *G* | 47 sicomoros *G* | 48 tradit *W* | 48 pascuam *RW* | 48 *fin* diabolis *S* | 49 eis *RW* | 49 cominationem *RW*[1] | 49 inmisionem *R* | 50 furoris sui *DG*, furori suo *βμξφW*, furore suo *R* | 50 a morte *βμξφRW*, morti *DG*

cussit omne primogenitum in Aegypto, principium partus in tabernaculis Cham. [52]et tulit velut oves populum suum, et minavit eos sicut gregem in deserto. [53]et eduxit eos cum fiducia et absque timore, inimicos autem eorum operuit mare. [54]et adduxit eos ad terminum sanctificatum suum, montem istum, quem possedit dextera eius. [55]et eiecit a facie eorum gentes, et possidere eos fecit in funiculo hereditatem, et conlocavit in tabernaculis eorum tribus Israhel. [56]et temptaverunt et provocaverunt deum excelsum, et testimonia eius non custodierunt. [57]et aversi sunt et praevaricati sunt ut patres eorum, incurvati sunt quasi arcus inutilis. [58]et provocaverunt eum in excelsis suis, et in sculptilibus suis ad aemulandum concitaverunt. [59]audivit deus, et non distulit, et proiecit vehementer Israhel. [60]et reliquit tabernaculum Silo, tentorium, quod conlocavit inter homines. [61]et tradidit in captivitatem gloriam suam, et decorem suum in manu hostis. [62]et conclusit in gladio populum suum, et in hereditate sua non distulit. [63]iuvenes eius devoravit ignis, et virgines eius nemo luxit. [64]sacerdotes eius gladio ceciderunt, et viduae eius non sunt fletae. [65]et evigilavit quasi dormiens dominus, quasi fortis post crapulam vini. [66]et percussit hostes suos retrorsum, obprobrium sempiternum dedit eos. [67]et proiecit tabernaculum Ioseph, et tribum Ephraim non elegit. [68]sed elegit tribum Iuda, montem Sion quem dilexit. [69]et aedificavit in similitudine monoceroton sanctuarium suum, quasi terram fundavit illud in saeculum. [70]et elegit David servum suum, et tulit eum de gregibus ovium. [71]sequentem foetas adduxit eum, ut pasceret Iacob populum eius et Israhel hereditatem

51 aegipto *R* | 51 primitium *W* | 51 *ad* partus *S* doloris | 53 duxit *ξ* | 53 fidutia *W* | 55 possedere *R* | 55 collocavit *GW* | 56 custodiverunt *R* | 57 et *prius* > *RW* | 58 scultilibus *R* | 58 suis *alterum* > *R* | 58 *ante* concitaverunt + eum *βμ* | 60 reliquid *R* | 60 zelo *RW* | 60 collocavit *GW* | 61 et *prius* > *ξφRW* | 61 gloriam *ξφABCDGRW*, virtutem *βμ* | 62 in medio *ξ* | 62 in *alterum* > *RW* | 62 haereditatem suam *βμξφ* | 63 *pro* eius *W* eorum | 64 *ante* gladio + in *βμ* | 64 „*quattuor mss scholiis vitiati* et viduae eorum *vel* eius non ploraverunt“ *Martianay* | 66 sempitenum *R* | 66 eos *BG*, eis *βμξφRW* | 67 effraim *GRW* | 69 solitudine *RW* | 69 monoceronton *χG*, monocerotis *βμξφ* | 71 *ante* Iacob *et ante* Israhel + in *βμ contra ξφGRW tres codices Vallarsii* | 71 *fin* eius *βμξGR*, suam *φW*

eius. [72] qui pavit eos in simplicitate cordis sui, et in prudentia manuum suarum dux eorum fuit.

79

77 [1] Canticum, Asaph. Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in acervis lapidum. [2] dederunt cadavera servorum escas volatilibus caeli, carnes sanctorum tuorum bestiis terrae. [3] effuderunt sanguinem eorum quasi aquam in circuitu Hierusalem, et non erat qui sepeliret. [4] facti sumus obprobrium vicinis nostris, subsannatio et derisio his qui in circuitu nostro sunt. [5] usque quo, domine, irasceris in finem? ardebit quasi ignis zelus tuus? [6] effunde furorem tuum super gentes, quae non cognoverunt te, et super regna, quae nomen tuum non invocaverunt, [7] quia comederunt Iacob et decorem eius desolaverunt. [8] ne recorderis iniquitatum nostrarum veterum, cito occupent nos misericordiae tuae, quia attenuati sumus nimis. [9] auxiliare nobis, deus Iesus noster, propter gloriam nominis tui et libera nos et propitiare peccatis nostris propter nomen tuum. [10] quare dicunt gentes „ubi est deus eorum?“. nota fiat in gentibus ante oculos nostros ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est. [11] ingrediatur coram te gemitus vinctorum. in magnitudine brachii tui relinque filios interitus. [12] et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum, obprobrium suum, quod exprobraverunt tibi, domine. [13] nos enim populus tuus et grex pascuae tuae: confitebimur tibi in sempiternum, in generatione et generatione narrabimus laudes tuas.

72 cordi sui *R* | 1 *init* in finem psalmus david cum fugisset a facie saul in spelunca vox pauli post resurrectionem *R* | 1 psalmus *S* | 1 hereditem *R* | 1 *med* puluerunt *R* | 1 acervis $\xi\varphi\chi GRW$, acervos $\beta\mu$ | 1 lapidum $\beta\mu\xi\varphi G$, custodiam *RW* | 2 *post* servorum + tuorum $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 2 escas χG, escam $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 2 *ad* sanctorum *S* misericordium | 4 dirisio *R* | 4 ijs ξ | 6 te > *W* | 7 qui *R* | 8 *ad* cito *S* festina | 8 iniquitatem *R* [*sic*] | 8 nos > *RW* | 8 sunt *G* | 9 $\overline{\text{IHC}}$ *G*, hiesus *RW*, salvator *quatuor libri Gallorum*, Iesus salvator *OM* | 9 propter verbum gloriae *EFN* | 9 et *prius* $\xi\varphi\chi G$, > $\beta\mu RW$ | 10 *init* quia *RW* | 10 dicunt $\xi\varphi ABCD$ *GRW*, dicent $\beta\mu$ | 10 sanguinum φRW | 11 brachi *R* | 13 grex $\xi\varphi AB$ *CDGRW*, oves $\beta\mu$ | 13 sempiternum $\xi\varphi ABCDGRW$, saeculum $\beta\mu$ | 13 et *alterum* > *R* | 13 laudabimus laudes tuas *ABCD*, narrabimus audem tuam $\beta\mu$

80

[1] Victori pro liliis testimonii Asaph, canticum. [2] Qui pascis 78
Israhel, ausculta, qui ducis quasi gregem Ioseph, qui sedes super cherubim, ostendere [3] ante Ephraim et Beniamin et Manasse. suscita fortitudinem tuam et veni, ut salvos facias nos. [4] deus, converte nos et ostende faciem tuam, et salvi erimus. [5] domine deus exercituum, usque quo fumabis ad orationem populi tui? [6] cibasti nos pane flebili, et potasti nos in lacrimis tripliciter. [7] posuisti nos in contentionem vicinis nostris, et inimici nostri subsannaverunt nos. [8] deus exercituum, converte nos et ostende faciem tuam, et salvi erimus. [9] vineam de Aegypto tulisti, eiecisti gentes et plantasti eam. [10] praeparasti ante faciem eius et stabilisti radices eius, et implevit terram. [11] operti sunt montes umbra eius, et rami illius cedri dei. [12] expandit comas suas usque ad mare et usque ad flumen germina sua. [13] quare dissipasti maceriam eius, et vindemiaverunt eam omnes qui transeunt per viam? [14] vastavit eam aper de silva, et omnes bestiae agri depastae sunt eam. [15] deus exercituum, revertere, obsecro: respice de caelo et vide et visita vineam hanc [16] et radicem quam plantavit dextera tua, et filium quem confirmasti tibi: [17] succensam igni et deramatam: ab increpatione faciei tuae pereant. [18] fiat manus tua super virum dexterae tuae et super filium hominis quem confirmasti tibi. [19] et non recedimus a te: vivificabis nos et nomini tuo vocabimur. [20] domine deus

1 in finem pro his quae commotabuntur testimonium asaph vox apos de ecclē ad dominum *R* | 1 filiis *„heic atque alibi mss aliquot" Vallarsii* | 1 testimonii *BGW*, testimonium *βμξφ* | 1 asaph > *W* | 1 *fin* psalmus *S* | 2[1] pastor israel auribus percipe *S* | 2 dęducis *ξ* | 2 *ad* gregem *S* oves | 2 cherubin *RW* | 3 effraim *GRW* | 6 cibabis *W et aut E aut N* | 6 nos *ξφEGNRW duo codices Vallarsii*, eos *βμ* | 7 in > *βμξφ* | 7 contradictionem *χ*, contradictione *RW* | 7 subsanaverunt *R* | 7 *fin* eos *R* | 8 *ad* ostende *S* illustra | 10 abstulisti *RW* | 10 replevit *ξφRW* | 11 Aperti *G* | 11 *ante* umbra + sub *χ* | 11 rami *βμG*, ramis *ξφχRW* | 11[2] eius *R* | 11 caedri *R* | 12 *fin* eius *χ* | 13 macheriam *R* | 13 *ad* maceriam *S* sepes | 13 *pro* eius *χ* suam | 13 vindemiant *W* | 16 formasti *R* | 17 succensa *W* | 17 et > *βμ* | 17 deramatam *ξφABCDGRW*, diramatam *L*, dirutam *βμ* | 18 formasti *R* | 19 recedimus *ξφDGRW*, recedemus *βμ* | 19 vivificabimus *alter reginae* | 19 nomini *GW*, nomine *ξφR*, in nomine *βμ*

exercituum, converte nos et ostende faciem tuam, et salvi erimus.

81

79 [1]Victori in torcularibus, Asaph. [2]Laudate deum fortitudinem nostram, iubilate deo Iacob. [3]adsumite carmen et date tympanum, citharam decoram cum psalterio. [4]clangite in neomenia bucina, et in medio mense, die solemnitatis nostrae. [5]quia legitimum Israhel est et iudicium dei Iacob. [6]testimonium in Ioseph posuit, cum egrederetur de terra Aegypti: labium, quod nesciebat, audivit. [7]amovit ab onere umerum eius: manus eius a cofino recesserunt. [8]in tribulatione invocasti me, et erui te: exaudivi te in abscondito tonitrui: probavi te super aquam contradictionis. SEMPER. [9]audi, populus meus, et contestor te: Israhel, si audieris me. [10]non sit in te deus alienus, et non adores deum peregrinum. [11]ego enim sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: dilata os tuum, et implebo illud. [12]et non audivit populus meus vocem meam, et Israhel non credidit mihi. [13]et dimisi eum in pravitate cordis sui: ambulabunt in consiliis suis. [14]utinam populus meus audisset me, Israhel in viis meis ambulasset. [15]quasi nihilum inimicos eius humiliassem, et super hostes eorum vertissem manum meam. [16]qui oderunt dominum negabunt eum: et erit tempus eorum in saeculo. [17]et cibavit eos de adipe frumenti, et de petra mellis saturavit eos.

20 et *prius* > $\beta\mu\varphi$ | 20 *ad* ostende *S* illumina | 1 in finem pro torcularibus psalmus asaph ad pentecosten vox apostolorum *R* | 1 in $\beta\mu GW$, pro $\xi\varphi$ | 1 *ante* asaph + psalmus ξ | 1 cantate deo fortitudini nostrae *S* | 3 assumite *W* | 3 carnem *R* | 3 cytharam *G*, cytheram *R* | 4 Plangite *G* | 4 neomenio G^1 | 4 *ad* in medio *S* in throno | 4 mense [*vulgo* mensae *scriptum in codd*] > ξ | 4 sollempnitates *R* | 4 *fin* vestre ξ | 5 et $\xi\varphi DGRW$, > $\beta\mu$ | 5 iuditium R^1 | 5 dei *DG*, deo $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 6 *ad* Ioseph *S* iohezeph: *falsavit Vallarsius* | 6 *post* posuit + eum φ | 6 terram *omisso* de *tres codices Gallorum* | 6 nesciebat audivit ξGRW, nesciebam audivi $\beta\mu\varphi$ | 7 amovi $\beta\mu\varphi$, movit *W culpa miniatoris* | 7 honere *R* | 7 humerum $\beta\mu\xi\varphi GRW$ | 7 cophino $\beta\mu\xi\varphi$ | 8 me χGR^1, > $\beta\mu\xi\varphi R^2W$ | 8 exaudivit *R*, et exaudivi φ | 8 probavit *R* | 8 semper > *R*, sela *in* ξ, semper *atramento in W* | 9 contestor $\xi\chi GRW$, contestabor $\beta\mu\varphi$ | 10 *fin* extraneum *S* | 11 enim > $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 11 tuus > χ | 11 os suum *R* | 12 *ad* credidit *S* consensit | 16 saeculum $\beta\mu\xi\varphi$ | 17 *pro* eos *N* eum | 17 ex adipe $\beta\mu$ | 17 mellis $\varphi GNRW$ *duo codices Vallarsii „alii" apud Gal-*

82

[1]Canticum, Asaph. Deus stetit in coetu dei, in medio 80
deos iudicat. [2]usque quo iudicatis iniquitatem, et facies impiorum suscipitis? SEMPER. [3]iudicate pauperi et pupillo, egeno et inopi iuste facite. [4]salvate inopem et pauperem, de manu impiorum liberate. [5]non cognoscunt nec intellegunt, in tenebris ambulant: movebuntur omnia fundamenta terrae. [6]ego dixi „dii estis, et filii excelsi omnes vos. [7]ergo quasi Adam moriemini, et quasi unus de principibus cadetis". [8]surge, domine, iudica terram: quoniam tu hereditabis omnes gentes.

83

[1]Canticum psalmi, Asaph. [2]Deus, ne taceas nec sileas, 81
et non quiescas, deus: [3]quia ecce inimici tui tumultuati sunt, et qui oderunt te elevaverunt caput. [4]contra populum tuum nequiter tractaverunt, et inierunt consilium adversum arcanum tuum. [5]dixerunt „venite, et conteramus eos de gente, et non sit memoria nominis Israhel ultra". [6]quoniam tractaverunt pariter, contra te foedus pepigerunt. [7]tabernacula Idumaeae et Hismahelitarum, Moab et Aggareni, [8]Gebal et Ammon et Amalec, Palaestina cum habitatoribus Tyri. [9]sed et Assur venit cum eis: facti sunt brachium filiorum Lot. SEMPER. [10]fac illis sicut Madian et Sisarae, sicut Iabin in torrente Cison. [11]contriti sunt in Endor, fuerunt quasi sterquilinium terrae. [12]pone duces eorum sicut Oreb et Zeb et

los, melle $\beta\mu\xi$ | 1 *init* in finem psalmus asaph vox ecclesię de iudęis *R* | 1 psalmus $\xi\varphi S$ | 1 *fin* ds̄ = deus *RW* | 1 diiudicat $\xi\varphi W$ [-j-φ] | 2 semper > *R*, *adest in W*, sela *in* ξ | 3 *fin* iustificate *B* | 6 *post* estis + vos $\beta\mu$ | 6 *fin* vos *cum* 7 *init iungit D*, > *B* | 8 domine *prima manu in litura G*, deus $\beta\mu R$ | 8 tu > *B* | 8 *ante* omnes + in $\beta\mu$ contra $\xi\varphi BGRW$ | 1 *pro* psalmi $\xi\varphi$ psalmus | 1 *fin* + vox ecclesiae ad dominum de iudęis etivitiis [*sic*] hominum *R* | 2[1] domine *RW* | 2 *post* taceas + tibi $\beta\mu$ *contra* $\xi\varphi BDGRW$ | 2 nec *DG*, ne $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 3 *post* qui + te *R* | 3 elevaverunt $\xi\varphi\chi GRW$, levaverunt $\beta\mu$ | 4 adversus $\beta\mu\xi\varphi$ | 4 archanum *G* | 5 nomini R^2W | 6 *ante* pariter + corde $\beta\mu\varphi$ *contra* $\xi ABCDGRW$ | 7 ismahelitarum *RW*, ismaelitarum $\beta\mu\xi$, hismaelitarum φ | 7 aggaré *R*, agareni $\beta\mu\xi\varphi$ | 8 amalech *GRW* | 8 palestina *GRW* | 9 asur *G* | 9 *ad* venit *S* iunxit se | 9 loth *GRW* | 9 sela *adest in* ξ, semper *in W* | 10 et $\xi\varphi\chi GRW$, sicut $\beta\mu$ | 10 sisare *G*, sisarrae *R* | 10 cisson ξ | 11 sterquilium *R* | 12 pones χ | 12 oreb [illegible] *G*|

Zebee et Salmana, omnes principes eorum, [13]qui dixerunt „possideamus nobis pulchritudinem dei“. [14]deus meus, pone illos ut rotam, quasi stipulam ante faciem venti. [15]quo modo ignis conburit silvam, et sicut flamma devorat montes, [16]sic persequere eos in tempestate tua, et in turbine tuo conturba eos. [17]imple facies eorum ignominia, et quaerent nomen tuum, domine. [18]confundantur et conturbentur usque in saeculum, et erubescant et pereant. [19]et sciant quia nomen tuum est dominus: solus tu excelsus super omnem terram.

84

82 [1]Victori pro torcularibus filiorum Core, canticum. [2]Quam dilecta tabernacula tua, domine exercituum. [3]desiderat et deficit anima mea in atria domini: cor meum et caro mea laudabunt deum viventem. [4]siquidem avis invenit domum, et passer nidum sibi, ubi ponat pullos suos, altaria tua, domine exercituum, rex meus et deus meus. [5]beati qui habitant in domo tua: adhuc laudabunt te. SEMPER. [6]beatus homo cuius fortitudo est in te: semitae in corde eius. [7]transeuntes in valle fletus fontem ponent eam: benedictione quoque amicietur doctor: [8]ibunt de fortitudine in fortitudinem, parebunt apud deum in Sion. [9]domine deus exercituum, exaudi orationem meam, ausculta, deus Iacob. SEMPER. [10]clipeus noster, vide, deus, et adtende faciem Christi tui. [11]quo-

12 ceb *R* | 12 et *secundum* $\xi q \chi GRW$, sicut $\beta\mu$ | 12 zebeae *G*, zebeę *W* | 13 possedeamus *R* | 13 pulcritudinem *R* | 14 illos *G*, eos $\beta\mu\xi q RW$ | 14 ante faciem > *D* | 15 comburit $\beta\mu\xi q GW$, comburet *D* | 15 devorans *RW* | 16 persequere $\xi q BDGRW$, persequeris $\beta\mu$ | 16 turbine tua *G* | 16 conturba $\xi q BDGRW$, conturbabis $\beta\mu$ | 17 querent *G*, quęrent W^1, quęrunt RW^2 | 18 *ad* saeculum *S* aeternum | 18 et *secundum* > qRW | 19 tu > *RW* | 1 in finem pro torcularibus filiis chore legendus ad evangelium mathei ad eos qui fidem sunt consecuti vox christi ad patrem decclesiae [*sic*] *R* | 1 torculari *ABCD* | 1 filijs ξ | 1 chore *GW* | 1 psalmus $\xi q S$ | 3 defecit *W* | 3 *ante* in *lacuna septem literarum capax* *G* | 3 deum $\xi q DGRW$, deum deum $\beta\mu MO$ | 4 siquidem avis χGRW, siquidem passer $\beta\mu\xi q$ | 4 et passer χGRW, et avis $\beta\mu\xi q$ | 4 ubi $\beta\mu\xi$ *GRW „alii“ Maurinorum*, ut qQ | 4 reponat *Q „alii“ Maurinorum* | 5 sela *in* ξ, semper *in W* | 6 fortitudo est in te $\beta\mu G$, in te est fortitudo ξRW, fortitudo in te est q | 7 benedictionem $\beta\mu$ | 8 de $\beta\mu\xi q G$, in *RW* | 9 meam > *RW* | 9 *ad* ausculta *S* auribus percipe | 9 sela *in* ξ, semper *in W* | 10 clippeus G^1, clepeus *R* | 10 vide vide *B* | 10 attende G^2

niam melior est dies in atriis tuis super milia: elegi abiectus esse in domo dei mei magis quam habitare in tabernaculis impietatis. [12] quia sol et scutum dominus deus: gratiam et gloriam dabit dominus: nec prohibebit bonum ab his qui ambulant in perfectione. [13] domine exercituum, beatus homo qui confidit in te.

85

[1] Victori, filiorum Core, canticum. [2] Placatus es, domine 83
terrae tuae, reduxisti captivitatem Iacob. [3] dimisisti iniquitatem populo tuo, operuisti omnes iniquitates eorum. SEMPER. [4] continuisti omnem indignationem tuam, conversus es ab ira furoris tui. [5] converte nos, Iesus noster, et solve iram tuam adversum nos. [6] noli in aeternum irasci nobis, extendens iram tuam a generatione in generationem. [7] nonne tu revertens vivificabis nos, et populus tuus laetabitur in te? [8] ostende nobis, domine misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis. [9] audiam quid loquatur dominus deus: loquetur enim pacem ad populum suum et ad sanctos suos, ut non convertantur ad stultitiam. [10] verumtamen prope est his qui timent eum salutare eius, ut habitet gloria in terra nostra. [11] misericordia et veritas occurrerunt, iustitia et pax deosculatae sunt. [12] veritas de terra orta est, et iustitia de caelo prospexit. [13] sed et dominus dabit bonum, et terra nostra dabit germen suum. [14] iustitia ante eum ibit, et ponet in via gressus suos.

86

[1] Oratio, David. Inclina, domine, aurem tuam et exaudi 84
me, quia egenus et pauper sum. [2] custodi animam meam, quia sanctus sum: salva servum tuum, deus meus, qui confidit

11 *post* dies + una *B* | 11 atris *R* | 11 habitarem *R* | 12 ijs *ξ* | 1 in finem filiis chore psalmus vox ▲▲ apostolica ad novellum populum *R* | 1 chore *W* | 1 psalmus *ξφS* | 3 semper > *R*, *adest in W*, sela *in ξ* | 4 contrivisti *G* | 5 *ante* Iesus + deus *βμξφRW* | 5 IHC *G*, hiesus *RW*, salutaris *S* | 6 a generatione in generationem *χG*, in generationem et generationem *βμξφRW* | 8 domine nobis *G*, *sed* nobis *super versum* | 9 deus dominus *βμ* | 9 ut convertantur ab stultitia *D* | 10 ijs *ξ* | 10 inhabitet *W* | 1 *post* david + per ieiunium vox christi ad patrem *R* | 1 domine > *R* | 1 et *prius* > *βμξφRW* | 1 qui *R* | 1 sum *G*, ego *βμ*, sum ego *ξφ*, ego sum *RW*. *χ aut* = *ξφ aut* = *RW* | 2 quoniam *W* | 2 *ad* sanctus *S* misericors | 2 *pro* sum *βμ* ego | 2 *ante* deus + tu *βμξφRW contra χG*

in te. [3] miserere mei, domine, quoniam ad te clamabo tota die. [4] laetifica animam servi tui, quia ad te animam meam levo. [5] tu enim es, domine, bonus et propitiabilis et multus misericordia omnibus qui invocant te. [6] exaudi, domine, orationem meam, et ausculta vocem deprecationum mearum. [7] in die tribulationis meae invocabo te, quia exaudies me. [8] non est similis tui in diis, domine, et non est iuxta opera tua. [9] omnes gentes quas fecisti venient et adorabunt coram te, domine, et glorificabunt nomen tuum. [10] quia magnus tu et faciens mirabilia, tu deus solus. [11] doce me, domine, viam tuam, ut ambulem in veritate tua: unicum fac cor meum, ut timeat nomen tuum. [12] confitebor tibi, domine deus meus, in toto corde meo, et glorificabo nomen tuum in sempiternum: [13] quia misericordia tua magna super me, et eruisti animam meam de inferno extremo. [14] deus, superbi surrexerunt adversum me, et coetus robustorum quaesivit animam meam, et non posuerunt te in conspectu suo. [15] tu autem, domine deus, misericors et clemens, patiens et multae misericordiae et verus. [16] respice ad me et miserere mei: da fortitudinem tuam servo tuo et salva filium ancillae tuae. [17] fac mecum signum in bonitate, et videant qui oderunt me et confundantur: quia tu, domine, auxiliatus es mihi et consolatus es me.

87

85 [1] Filiorum Core, psalmus cantici. Fundamentum eius in montibus sanctuarii. [2] diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. [3] gloriosa dicta sunt in te, civitas

3 clamavi *B* | 4 *post* te + domine *βμφ contra ξDGRW* | 5 propitiabis *RW* | 5 multum *RW* | 6 *init* auribus percipe *S* | 6 vocem > *W* | 6 depraecationem meam *R* | 8 *pro* tui *ξ* tibi | 8 domine > *RW* | 8 et *et* est *alterum* > *D* | 9 *fin* + domine *χ* | 10 quoniam *φ* | 10 *post* magnus + es *βμξφRW* | 11 *init* illumina mihi *S* | 11 ut *prius* > *βμ* | 12 *fin* aeternum *W*, saeculum *S* | 13 *post* magna + est *φRW* | 13 *fin* inferiori *S* | 14 insurrexerunt *χ* | 14 adversus *ξRW* | 14 superborum *RW* | 14 quaesivit *χG*, quaesierunt *βμξφRW* | 14 proposuerunt *φRW* | 14 *ante* conspectu + te *R* | 15 domine > G^1 | 15 *ad* patiens *S* tardus ad furorem | 15 verax *W* | 16 ancillę tuae *minio R: librarii mater ad vitam monasticam se convertisse videatur* | 17 *pro* et *primo* ut *ξχ* | 17 vident *R* | 1 *init* in finem filiis chore psalmus cantici vox apostolica decclesia *R ubi atramento* e *super* dec *scripta* | 1 chore *GW* | 1 fundamentum *χG*, fundamenta *βμξφRW*

dei. SEMPER. [4] commemorabo superbiae et Babylonis scientes me. ecce Palaestina et Tyrus cum Aethiopia: iste natus est ibi. [5] ad Sion autem dicetur „vir“, et vir natus est in ea, et ipse fundavit eam excelsus. [6] dominus numeravit scribens populos, ipse natus est in ea. SEMPER. [7] et cantabunt quasi in choris „omnes fontes mei in te“.

88

[1] Canticum carminis, filiorum Core: victori per chorum ad 86
praecinendum: eruditionis, Heman Ezraitae. [2] Domine deus salutis meae, per diem clamavi, et nocte coram te. [3] ingrediatur ante te oratio mea: inclina aurem tuam ad laudationem meam. [4] quia repleta est malis anima mea, et vita mea ad infernum descendit. [5] reputatus sum cum descendentibus in lacum, factus sum quasi homo invalidus, [6] inter mortuos liber, sicut interfecti et dormientes in sepulchro, quorum non recordaris amplius et qui a manu tua abscisi sunt. [7] posuisti me in lacu novissimo, in tenebrosis et in profundis. [8] super me confirmatus est furor tuus, et cunctis fluctibus tuis adflixisti me. SEMPER. [9] longe fecisti notos meos a me, posuisti me abominationem eis, clausum et non prodeuntem. [10] oculus meus infirmatus est ab adflictione: invocavi te, domine, tota die, expandi ad te palmas meas. [11] numquid mortuis facies mirabilia, aut gigantes resurgent et confitebuntur tibi? SEMPER.

3 sela *in* ξ, semper *in W* | 4 commemorabo *βμBGRW*, commemorabor *ξφD „plures mss“ Gallorum* | 4 babyllonis G^1?, babilonis G^2 | 4 scientes me *BG*, scientis me *D „alii“ Maurinorum*, scientibus te *RW*, scientibus me *βμ*, scientium me *ξφ* | 4 palestina *GRW* | 4 aethyopia G^2 | 6^2 *ξφABCDGRW*, natus ipse natus est in ea *R*, iste natus est ibi *βμ* | 6 semper > *R*, *adest in W*, sela *in* ξ | 7 cantabunt *ξφD GRW „aliquot libri“ Gallorum*, cantabit *B*, principes *MO*, cantores *βμ* | 7 fortes *ξφGRW* | 1 in finem pro melech ad responendum hememan israhelite vox christi de passione sua dicit ad patrem canticum psalmi filiis chorę *R* | 1 *ad* carminis *S* psalmi | 1 chore *GW* | 1 ad > ξ | 1 *pro* eruditionis ξ intellectus | 1 eman *βμξφ* | 3 te > *R* | 4 discendit *R*, usque pervenit *S* | 5 Deputatus *W* | 5 discendentibus *R* | 6 *pro* qui *duo codices Gallorum* ipsi | 7 *ad* novissimo *S* subteriori | 7 tenebrosis *ξφχGRW*, tenebris *βμ* | 7 et > *βμ* | 8 consummatus *MO* | 8 afflixisti *GW* | 8 semper > *R*, *adest in W*, sela *in* ξ | 9 me *alterum* > *R* | 9 abhominationem *G* | 10 afflictione *G* | 10 invocavi *ξφχGRW*, vocavi *βμ* | 11 *post* mirabilia + mea *R*, + mea semper *W* | 11 gygantes *W* | 11 resurgent *ξφχG*, resurgunt *RW*, surgent *βμ* | 11 semper >

[12] numquid narrabitur in sepulchro misericordia tua, et veritas tua in perditione? [13] numquid noscentur in tenebris mirabilia tua, et iustitia tua in terra quae oblivioni tradita est? [14] ego autem ad te, domine, clamavi, et mane oratio mea praeveniet te. [15] quare, domine, abicis animam meam, abscondis faciem tuam a me? [16] pauper ego et aerumnosus ab adolescentia: portavi furorem tuum et conturbatus sum. [17] per me transierunt irae tuae, et terrores tui obpresserunt me. [18] circumdederunt me quasi aquae tota die, vallaverunt me pariter. [19] longe fecisti a me amicum et sodalem, notos meos abstulisti.

89

87 [1] Eruditionis, Ethan Ezraitae. [2] Misericordias domini in aeternum cantabo, in generatione et generationem adnuntiabo veritatem tuam in ore meo. [3] quia dixisti „sempiterna misericordia aedificabitur“: caelos fundabis, et veritas tua in eis. [4] „percussi foedus cum electo meo, iuravi David servo meo [5] „„usque in aeternum stabiliam semen tuum, et aedificabo in generatione et generatione thronum tuum“““. SEMPER. [6] confitebuntur caeli mirabilia tua, domine, et veritatem tuam in ecclesia sanctorum. [7] quis enim in nubibus aequabitur domino? adsimilabitur domino de filiis dei? [8] deus inclitus in arcano sanctorum nimio et terribilis in cunctis qui circum eum sunt. [9] domine deus exercituum, quis similis tui? fortissime domine,

R[*W*], sela *adest in* ξ | 12 et ξφχ*GRW*, > βμ | 13 cognoscentur ξφ*R* [-æ-*R*[1]]*W* | 14 *ad* clamavi *S* deprecatus sum | 16 adulescentia *GR*[1] | 16 *post* adolescentia + mea ξφ | 16[2] tuum > *R* | 16 et *alterum* > βμ | 17 per ξ*DGRW*, super βμφ | 17 et χ*G*, > βμξφ*RW* | 17 oppresserunt *GR* | 18 valluerunt *RW* | 19 *fin* prae tenebris *S* | 1 *DGW*, intellectum theman israhelitę vox christi ad patrem de iudęis *R* | 1 eruditio βμ, intellectus ξφ | 1 etham ξ | 2 *ad* aeternum *S* saeculum | 2 generationem βμξφ*G*, generatione *RW* | 2 *ad* adnuntiabo *S* innotescam | 3 dixisti ξφ*EFGKLNPQRW* „*plerique omnes mss*“ *Vallarsii*, dixi βμ*HMO* | 3 semperterna *R* | 3 *ad* sempiterna *S* saeculum | 3 caelo *RW*, in caelos „*plerique omnes mss*“ *Vallarsii*, sicut coelos *NQ* | 3 veritatem tuam *omisso* et *NQ* | 4 david > *W* | 5 stabilio *RW* | 5 semper > *R*, *adest in W*, sela *in* ξ | 6 *praemittunt* et βμ *contra* φχ*GRW* | 7 enim > *R* | 7 nubibus ξφχ*GR*[i *super versum*]*W*, nube βμ | 7 assimilabitur *W* | 7 de ξφχ*GRW*, in βμ | 8 inclytus *GW*, robustus *S* | 8 arcana *W* | 8 *fin* super omnes qui in circuitu eius *S* | 8 circum eum *GRW*, cum eo *D*, circa eum βμξφ | 9 qui *R* | 9 tui ξφ*DGRW*, tibi βμ

et veritas tua in circuitu tuo. [10] tu dominaris superbiae maris, et elationes gurgitum eius tu conprimis. [11] tu confregisti quasi vulneratum superbum, et in brachio forti tuo dispersisti inimicos tuos. [12] tui sunt caeli et tua est terra: orbem et plenitudinem eius tu fundasti: [13] aquilonem et dexteram tu creasti: Thabor et Hermon nomen tuum laudabunt. [14] tuum brachium cum fortitudine: roboretur manus tua, et exaltetur dextera tua: [15] iustitia et iudicium firmamentum throni tui, misericordia et veritas praecedent faciem tuam. [16] beatus populus qui novit iubilum: domine, in lumine vultus tui ambulabunt: [17] in nomine tuo exultabunt tota die, et in iustitia tua exaltabuntur. [18] quia gloria fortitudinis eorum tu es, et in voluntate tua elevabis cornu nostrum: [19] quia a domino est protectio nostra, et a sancto Israhel rege nostro. [20] tunc locutus es per visionem sanctis tuis, et dixisti „posui adiutorium super robustum, exaltavi electum de populo meo. [21] inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. [22] cum quo manus mea firma erit, et brachium meum roborabit eum. [23] non decipiet inimicus eum, et filius iniquitatis non adfliget eum. [24] sed concidam ante faciem eius hostes illius, et qui eum oderunt percutiam. [25] veritas autem mea et misericordia mea erit cum eo, et in nomine meo exaltabitur cornu eius. [26] et ponam in mari manum eius, et in fluminibus dexteram eius. [27] ipse invocabit me „„pater meus es tu, deus meus, et fortitudo salutis meae““. [28] ego autem primogenitum ponam eum et excelsum regibus terrae. [29] in aeternum custodiam ei misericordiam meam, et pactum meum fidele erit ei. [30] et ponam perpetuum semen

9 et > ξ | 10 gurgium *W* | 10 comprimis *W*, magnificas [*deleto* tu?] *S* | 11 et *DGRW*, > βμξφ | 11 fortitudo *G* [*sic*], fortitudinis tuae βμξ[-e ξ] | 12 eius > φ | 12 *fin* + ea βμ *contra* ξφ*DGRW* | 13 dextrum ξφ*DLP*: *vide Lagardium ad Proverb* 27, 16 | 13 ermon *R* | 14 *init* tibi *S* | 16 novit βφ*DG*, noluit μ „*mss aliquot*“ *Vallarsii*, scit ξ*RW* | 18 fortitudinis *in litura G* | 18 voluntate βμξφ*G*, misericordia χ*RW* | 18 elevabitur *RW* | 19 protectore nostro *S* | 19 a *alterum* > *RW* | 20 est *R* | 20 *ad* sanctis *S* misericordibus, *pro* sanctis *RW* filiis | 20 *ante* exaltavi + et ξφ*RW* | 20 meo ξ*DGRW*, > βμφ | 22 roboravit φ*G*², probavit *RW* | 23 *praemittunt* et *RW* | 23 affliget *GW* | 24 *fin* fulminabo *S* | 25 erit ξφχ*GRW*, > βμ | 27 muocauit *R* | 28 *ad* ponam *S* dabo | 28 et χ*G*, > βμξφ*RW* | 29 *ad* aeternum *S* saeculum | 29 erit ξφ*ABC DGRW*, > βμ | 30 *ante* perpetuum + in *ABCD*

eius, et thronum eius sicut dies caeli. [31] si autem dereliquerint filii eius legem meam, et in iudiciis meis non ambulaverint: [32] si caeremonias meas profanaverint, et praecepta mea non custodierint, [33] visitabo in virga scelera eorum, et in plagis iniquitatem eorum. [34] misericordiam autem meam non auferam ab eo, nec mentiar in veritate mea: [35] non violabo pactum meum, et quod egressum est de labiis meis non mutabo. [36] semel iuravi in sancto meo, ne David mentiar: [37] semen eius in sempiternum erit, et thronus eius sicut sol in conspectu meo: [38] sicut luna stabilietur in sempiternum, et testis in caelo fidelis". SEMPER. [39] tu autem reppulisti et proiecisti, iratus es adversum Christum tuum. [40] attenuasti pactum servi tui, profanasti in terra diadema eius. [41] dissipasti omnes macerias eius, posuisti munitiones eius pavorem. [42] diripuerunt eum omnes qui transeunt per viam, factus est obprobrium vicinis suis. [43] elevasti dexteram hostium eius, laetificasti omnes inimicos illius. [44] avertisti robur gladii eius, et non sublevasti eum in proelio. [45] quiescere fecisti munditiam eius, et thronum illius in terra detraxisti. [46] adbreviasti dies adolescentiae eius, operuisti eum ignominia sempiterna. [47] usque quo, domine, absconderis in finem? succendetur quasi ignis indignatio tua? [48] memento mei de profundo: alioquin quare frustra creasti filios hominum? [49] quis est vir qui vivat et non videat mortem, salvans animam suam de manu inferi? SEMPER. [50] ubi sunt misericordiae tuae antiquae, domine, quas iurasti David in veritate tua? [51] recordare, domine, obprobrii

31 autem $\xi\varphi ABCDGRW$, $> \beta\mu$ | 32 ceremonias G, caerimonias φW | 32 non $> G^1$ | 33 scelus S | 33 iniquitatem χGRW, iniquitates $\beta\mu\xi\varphi$ | 34 nec $> R$ | 35 motabo RW | 36 ne $\beta\mu\xi G$, si $\varphi BRSW$ | 37 aeternum $\beta\mu$, saeculum S | 37 *fin* coram me S | 38 aeternum $\beta\mu$, saeculum S | 38 *ad* caelo S nube | 38 semper $> RW^1$, sela *adest in* ξ | 39 repulisti | R_{39} adversus $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 41 *init* disrupisti S | 41 macherias GW, sepes S | 43 omnes $> D$ | 44 *praemittunt* nam et $\beta\mu$ *contra* $\xi\varphi DGRW$ | 44 praelio $\beta\varphi$, prẹlio ξ, proelium RW | 45 *init* deficere S | 45 mundiciam R | 45 terram χ | 46 adulescentiae G, adoliscentia R | 46 *post* eius + semper W | 46 sempiterna GRW *tres codices Vallarsii*, semper $\beta\mu\varphi$, sela ξ | 47 succenditur $\xi\varphi RW$ | 48 *pro* profundo MN „*et tres pedissequi eius*" [*scil* N] terra | 48 alioqui ξ | 49 meam R | 49 semper $> R$, *habet* W, diapsalma B, sela ξ | 50 priscae S | 50 quasi R | 51 obproprii R^1

servorum tuorum, quia portavi in sinu meo omnes iniquitates populorum, [52] quas exprobraverunt inimici tui, domine, quibus exprobraverunt vestigia Christi tui. [53] benedictus dominus in sempiternum. amen amen.

90

[1] Oratio, Moysi viri dei. Deus, habitaculum factus es 88
nobis in generatione et generatione. [2] ante quam montes nascerentur et parturiret terra et orbis, a saeculo et usque in saeculum tu es, deus. [3] convertes hominem usque ad contritionem, et dices „revertimini, filii Adam". [4] quia mille anni ante oculos tuos sicut dies hesterna quae pertransiit, et vigilia nocturna. [5] percutiente te eos, somnium erunt, mane quasi herba pertransiens: [6] mane floruit et abiit, ad vesperam conteretur atque siccabitur. [7] consumpti enim sumus in furore tuo, et in indignatione tua conturbati sumus. [8] posuisti iniquitates nostras coram te, neglegentias nostras in luce vultus tui. [9] omnes enim dies nostri transierunt in furore tuo, consumpsimus annos nostros quasi sermonem loquens. [10] dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, si autem multum, octoginta anni, et quod amplius est, labor et dolor: quoniam transivimus cito et avolavimus. [11] quis novit fortitudinem irae tuae et secundum timorem tuum indignationem tuam? [12] ut numerentur dies nostri, sic ostende, et veniemus corde sapienti. [13] revertere, domine: usque quo? et exorabilis esto super servis

51 tuorum > *G in fine paginae* | 51 quia $\varphi\xi GRW$ „*quidam*" *e codicibus Vallarsii* „*nonnulli*" *Gallorum*, > $\beta\mu FN$ | 51 *pro* omnes — populorum *FN* multarum gentium | 52 quas φGRW „*quidam*" *e codicibus Vallarsii*, quibus $\beta\mu\xi$ | 53 *ad* sempiternum *S* saeculum | 53 amen et amen $\beta\mu$ | 1 mosi $\beta\mu$, moisi ξ | 1 hominis *R* | 1 *post* dei + vox apostolica ad dominum *R* | 1 deus *G*, domine $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 1 *ante* factus + tu β[*non* μ]$\xi\varphi ABCDRW$ | 2 parturiretur $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 3 convertens $\xi\varphi RW$, convertis *S* | 3 dicens $\xi\varphi$, dicis *S* | 3 convertimini χ | 4 in oculis tuis $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 4 pertransit *R* | 4 *fin puncto omisso cum* 5 *init iungunt* *RW* | 5 te > *GRW* | 5 *ante* somnium + ut $\xi\varphi$ | 5 somniaverunt *RW* | 6 vesperum $\xi\varphi RW$ | 9 consumsimus *R*, consumpti sumus *G* | 10 *numerus primus* lxxx R^1, lxx R^2 | 10 *priori loco* annis $\xi\varphi G^1RW$ | 10 multum *etiam HLP*, in potentatibus [*sic*] *quinque codices Gallorum* [*qui decem habebant*] | 10 lxxx *R*, octoaginta *W* | 10 est *BG*, > $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 10 transibimus φ | 12 *init* et *RW* | 12 innumerentur R^1 | 13 servos tuos $\beta\mu\xi\varphi W^1$

tuis. [14]imple nos matutina misericordia tua, et laudabimus et laetabimur in cunctis diebus nostris. [15]laetifica nos pro diebus quibus adflixisti nos, et annis in quibus vidimus mala. [16]appareat apud servos tuos opus tuum, et gloria tua super filios eorum. [17]et sit decor domini dei nostri super nos, et opus manuum nostrarum fac stabiliri super nos, et opus manuum nostrarum confirma.

91

89 [1]Qui habitat in abscondito excelsi, in umbraculo domini commorabitur, [2]dicens domino „spes mea et fortitudo mea, deus meus, confidam in eo“. [3]quia ipse liberabit te de laqueo venantium, de morte insidiarum. [4]in scapulis suis obumbrabit tibi, et sub alis eius sperabis: scutum et protectio veritas eius. [5]non timebis a timore nocturno, a sagitta volante per diem, [6]a peste in tenebris ambulante, a morsu insidiantis meridie. [7]cadent a latere tuo mille, et decem milia a dextris tuis, ad te autem non adpropinquabit. [8]verumtamen oculis tuis videbis, et ultionem impiorum cernes. [9]tu enim es, domine, spes mea: excelsum posuisti habitaculum tuum. [10]non accedet ad te malum, et lepra non adpropinquabit tabernaculo tuo. [11]quia angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. [12]in manibus portabunt te, ne forte offendat ad lapidem pes tuus. [13]super aspidem et basiliscum calcabis, conculcabis leonem et draconem. [14]„quoniam mihi adhaesit, et liberabo eum: exaltabo eum, quoniam cognovit

14 *init* satia *S* | 14 laudavimus *R* | 14 in > ξ | 15 secundum dies *S* | 15 in > ξ | 15 quibus *prius* > *RW* | 15 afflixisti *GW* | 16² decor tuus *S* | 17¹ pulchritudo *S* | 17 et *secundum* — nos *alterum* > *RW* | 17 stabilire *DG*¹, stabile *βμξφ* | 17 *pro* confirma *MO* dirige | 1 *cum* 90 *conectunt βμ* | 1 *praemittit* laus david christi *D*, *praemittit* laus cantici david vox ecclesiae ad christum legendus ad evang̅ marci ubi temtatur christus *R* | 3 quoniam *W* | 3 liberavit *χGR*¹ | 3 me *G* | 4 *ad* scutum *S* hasta | 6² a morsu daemonis meridiani insidiantis meridie *MO* | 6 mursu *R* | 6 insanientis *φBRW quatuor codices Gallorum*, daemonis *DEFN* | 6 meridiae *GW*, meridiani *DEFN* | 7 decim *R* | 7 autem ad te *R* | 8 *ad* videbis *S* conspicies | 8 *ad* ultionem *S* expletionem | 9 *pro* enim *χ* autem | 9 posuisti > *G*¹ | 11 quoniam ξ | 11 suis > *RW*² | 11 costodiant *R*¹ | 12 *ad* manibus *S* palmis | 13 *pro* calcabis *B* ambulabis | 13 *ante* conculcabis + et *D* | 14 *ante* exaltabo + et *G*

nomen meum. [15] invocabit me, et exaudiam eum: cum ipso ero in tribulatione: eruam eum et glorificabo. [16] longitudine dierum implebo eum, et ostendam illi salutare meum".

92

[1] Psalmus cantici, in die sabbati. [2] Bonum est confiteri 90
domino, et psallere nomini tuo, altissime, [3] ad adnuntiandum mane misericordiam tuam, et fidem tuam in nocte, [4] in decachordo et in psalterio, in cantico et in cithara. [5] quoniam laetificasti me, domine, in opere tuo: in facturis manuum tuarum laudabo. [6] quam magnificata sunt opera tua, domine: satis profundae factae sunt cogitationes tuae. [7] vir insipiens non cognoscet, et stultus non intelleget istud. [8] germinaverunt impii quasi foenum, et floruerunt omnes qui operantur iniquitatem, ut contererentur usque in sempiternum: [9] tu autem excelsus in aeternum, domine. [10] ecce inimici tui, domine, ecce inimici tui peribunt, et dissipabuntur omnes qui operantur iniquitatem. [11] et exaltabitur quasi monocerotis cornu meum, et senecta mea in oleo uberi. [12] et despiciet oculus meus eos qui insidiantur mihi: de his qui consurgunt adversum me malignantibus audit auris mea. [13] iustus ut palma florebit, ut cedrus in Libano multiplicabitur. [14] transplantati in domo domini, in atriis dei nostri germinabunt. [15] adhuc fructificabunt in senectute, pingues et frondentes erunt, [16] adnuntiantes quia rectus dominus, fortitudo mea, et non est iniquitas in eo.

93

[1] Dominus regnavit, gloria indutus est: indutus est domi- 91

15 invocavit *GW* | 15 ero *ξφABCDGRW*, ego *βμ* [*procul dubio typographi mendum in μ*] | 15 *fin* + eum *βμφ* | 16 *ad* implebo *S* satiabo | 16 ei *ξR* | 1 laus cantici david vox ecclesiae *R* | 2 sallere *R* | 3 per noctem *FNQ* | 4 decacordo *GR* | 4 *ad* cantico *S* carmine | 4 et *alterum* > *βμ* | 4 in *quartum* > *ξφW* | 4 cythara *GRW* | 6 sunt *alterum* > *R* [*in rasura in qua* sunt *fuisse non videtur*] *W* | 7 intellegit *G* | 8 quum germinaverint .... floruerint *FNQ* | 8 conterantur *βμξφRW* | 9 *ad* aeternum *S* saeculum | 10 *post* ecce *prius* + enim *φχ* | 10 *ad* dissipabuntur *S* dividentur | 11 senectus *βμφW* | 11 ubere *βμ* | 12 despiciet *ABCDGW*, dispiciet *R*, respiciet *βμξφ* | 12 oculos R^1 | 12 eos qui insidiantur *ξφABCDGRW*, insidiantes *βμ* | 12 ijs *ξ* | 12 audiet *βμξφ*, aurit *R* | 13 caedrus *R* | 13 in > *βμRW* | 14 *in margine prima manu W* | 14 *post* atriis + domus *RW* | 15 16 *serius sed manu coaeva scripta in W* | 15 fructificabuntur *RW* | 15 pingui *D* | 1 *praemittit* laus cantici

nus fortitudine et accinctus est: insuper appendit orbem, qui non commovebitur. [2]firmum solium tuum ex tunc, ab aeterno tu es. [3]levaverunt flumina, domine, levaverunt flumina voces suas, levaverunt flumina gurgites suos. [4]a vocibus aquarum multarum grandes fluctus maris: grandis in excelso dominus. [5]testimonia tua fidelia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitas, domine, in longitudine dierum.

94

92 [1]Deus ultionum, domine, deus ultionum, ostendere. [2]elevare qui iudicas terram, redde vicissitudines superbis. [3]usque quo impii, domine, usque quo impii exultabunt? [4]fluent loquentes antiquum, garrient omnes qui operantur iniquitatem? [5]populum tuum, domine, conterent, et hereditatem tuam adfligent? [6]viduam et advenam interficient, et pupillos occident. [7]et dixerunt „non videbit dominus, et non intelleget deus Iacob". [8]intellegite, stulti in populo, et, insipientes, aliquando discite. [9]qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non videbit? [10]qui erudit gentes, non arguet? qui docet hominem scientiam? [11]dominus novit cogitationes hominum quia vanae sunt. [12]beatus vir quem erudieris, domine, et de lege tua docueris eum, [13]ut quiescat a diebus adflictionis, donec fodiatur impio interitus. [14]non enim derelinquet dominus populum suum, et hereditatem suam non deseret. [15]quoniam ad iustitiam revertetur iudicium, et sequentur illud omnes recti corde. [16]quis stabit pro me adversus malos?

david *D*, *praemittit* laus cantici david die ante sabb quando inhabitata est terra eius *R* | 1 *cum* 92, 16 *conectunt* $\beta\mu$ | 1 et > *N* | 2 ab aeterno $\varphi\chi GRW$, a saeculo $\beta\mu$ | 3 voces tuas χ [*sic*], vocem suam $\beta\mu$ | 3 *tertio loco* ęlevavęrunt ξ | 4[1] grandis *RW* | 5 longetudine *R* | 1 *cum praecedentibus conectunt* $\beta\mu$ | 1 *praemittit* psalmus david quarta sabbati vox ecclesiae ad dominum de iudęis *R* | 2 qui iudicas terram $\xi\varphi GRW$ *tres codices Vallarsii*, iudex terrae $\beta\mu$ | 2 vicissitudines *G tres codices Vallarsii*, vicissitudinem $\beta\mu\xi\varphi W$, vicisitudinem *R* | 3 exaltabuntur ξ | 5 affligent *G* | 6 occiderunt *W* | 7 et *alterum* > χ | 7 intellegit *RW*, intelliget $\beta\mu\xi\varphi$ | 8 aliquando discite $\beta\mu\xi\varphi GRW$, quando discedent *M*, quando erudimini *N* | 9 *fin* respiciet *S* | 10 *ad* erudit *S* castigat | 12 *post* quem + tu $\beta\mu\xi\varphi RW$ *contra GM speculum augustinianum* | 12 *ad* erudieris *S* castigaveris | 13 afflictionis *GW* | 13 foedeatur *R* | 14 deserit *GRW* | 15 *fin* sela + ξ | 16 *utroque loco* qui *R* | 16 *utroque loco* adversum φRW

quis stabit pro me adversus operarios iniquitatis? [17] nisi quia dominus auxiliator meus, paulo minus habitasset in inferno anima mea. [18] si dicebam „commotus est pes meus“, misericordia tua, domine, sustentabat me. [19] in multitudine cogitationum mearum, quae sunt in me intrinsecus, consolationes tuae delectabunt animam meam. [20] numquid particeps erit tui thronus insidiarum, fingens laborem in praecepto? [21] copulabuntur adversus animam iusti, et sanguinem innocentem condemnabunt. [22] erit autem dominus mihi in refugium, et deus meus quasi petra spei meae. [23] et restitues super eos iniquitatem suam, et in malitia sua perdes eos: perdet eos dominus deus noster.

95

[1] Venite, laudemus dominum, iubilemus petrae Iesu nostro. 93
[2] praeoccupemus vultum eius in actione gratiarum, in canticis iubilemus ei. [3] quoniam fortis et magnus dominus et rex magnus super omnes deos. [4] in cuius manu fundamenta terrae, et excelsa montium ipsius sunt. [5] cuius est mare, ipse enim fecit illud, et siccam manus eius plasmaverunt. [6] venite adoremus et curvemur, flectamus genua ante faciem domini factoris nostri: [7] quia ipse est deus noster, et nos populus pascuae eius et grex manus eius. hodie si vocem eius audieritis, [8] nolite indurare corda vestra, sicut in contradictione, sicut in die temptationis in deserto, [9] ubi temptaverunt me patres vestri, probaverunt me, et viderunt opus meum. [10] quadraginta an-

18 discedam R^1, discebam R^2 | 18 commotus χG, motus $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 18 sustentabat $\xi\varphi\chi GRW$, sustentabit $\beta\mu$ | 19 cosolatione R | 19 delectabant ξ, dilectabunt R | 20 qui fingis ξ, fugiens RW | 20 laborem $\xi\varphi DGRW$, dolorem $\beta\mu$ | 21 copolabuntur RW | 21 adversum $\xi\varphi RW$ | 21 condempnabunt GR | 22 mihi dominus φ | 23 restitues $DGRW$, restituet $\beta\mu\xi\varphi$ | 23 *ad* iniquitatem suam S dolorem suum | 23 suam $>$ D | 23 *priori loco* perdes $DGRW$, perdet $\beta\mu\xi\varphi$ | 23 perdet eos $>$ B, perdes eos DG *et fortasse* W^1 | 1 *cum* 94 *fin conectunt* $\beta\mu$ | 1 *praemittit* laus cantici david D, laus catici [*sic*] david vox christi ad apostolos R | 1 *ad* petrae iesu S forti salutari | 1 ihu G, hiesu RW | 1 *pro* nostro D christo | 2 agnitione RW, confessione S | 2 *ad* canticis S psalmis | 3 *ad* fortis S deus | 3 *fin* deus deos R | 4 manus R | 5 sicca R | 6 curvemus et flectamus *duo codices Vallarsii* | 6 ienua G | 7 est $\xi\varphi DGRW$, $>$ $\beta\mu$ | 7 *ad* grex S oves | 8 obdurare $\beta\mu$ | 9 me *alterum* $>$ R | 9 uderunt G

nis displicuit mihi generatio illa, et dixi „populus errans corde est et non cognoscens vias meas“. [11]et iuravi in furore meo, ut non introirent in requiem meam.

96

94 [1]Cantate domino canticum novum, cantate domino, omnis terra. [2]cantate domino, benedicite nomini eius, adnuntiate de die in diem salutare eius. [3]narrate in gentibus gloriam eius, in universis populis mirabilia eius. [4]quia magnus dominus et laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos. [5]omnes enim dii populorum sculptilia, dominus autem caelos fecit. [6]gloria et decor ante vultum eius, fortitudo et exultatio in sanctuario eius. [7]adferte domino, familiae populorum, adferte domino gloriam et fortitudinem. [8]adferte domino gloriam nomini eius, levate munera et introite in atria eius. [9]adorate dominum in decore sanctuarii, paveat a facie eius omnis terra. [10]dicite in gentibus „dominus regnavit“, siquidem appendit orbem inmobilem, iudicabit populos in aequitate. [11]laetamini, caeli, et exultet terra, tonet mare et plenitudo eius. [12]gaudeat ager et omnia quae in eo sunt. tunc laudabunt universa ligna saltus [13]ante faciem domini, quoniam venit, quoniam venit iudicare terram, iudicare orbem terrae in iusto et populos in fide sua.

97

95 [1]Dominus regnavit: exultabit terra, laetabuntur insulae multae. [2]nubes et caligo in circuitu eius, iustitia et iudicium firmamentum solii eius. [3]ignis ante faciem eius ibit, et exuret

10 illa $\xi\varphi ABCDGRW$, $> \beta\mu$ | 10 populis W | 11 quibus iuravi φ | 11 uti non R, utin W | 1 *cum* 95 *fin conectunt* $\beta\mu$ | 1 *praemittit* quando domus aedificabatur post captivitatem canticum huic david vox ecclesiae evocantis R | 1^2 canite RW | 2^1 canite $\beta\mu\varphi RW$ | 2 *pro* die G diem | 3 in *alterum* $> RW$ | 4 dominus $> R$ | 5 dii $> G^1$ | 5 *ad* sculptilia S idola | 7 8 afferte W | 9 a facieius R | 10 appendit $\xi\varphi GRW$ *duo codices Vallarsii*, appendet $\beta\mu$ | 10 immobilem G | 10 iudicavit R^1 | 10 aequitate $\xi\varphi ABCDGRW$, aequitatibus $\beta\mu$ | 12 *post* ager + meus $\beta\mu$ | 13 quoniam venit *alterum* $> R$ | 13 *altero loco* iudicare DG, iudicabit $\beta\mu\varphi$, iudicavit ξRW | 13 terrae $> \beta\mu\varphi$ | 13 iusto $\xi\varphi DGRW$ *alter reginae*, iustitia $\beta\mu$ | 1 *cum* 96 *conectunt* $\beta\mu$ | 1 *praemittit* huic david quando terra eius restituta est ad confessio [*sic*] prophē vox ecclesiae ad adventum christi R | 1 regnabit DGR | 1 exultabit DG [-xs-D?], exsultavit B, exultet $\xi\varphi RW$, exsultet $\beta\mu$ | 2 iustitias R^1

per circuitum hostes eius. [4] apparuerunt fulgura eius orbi, vidit et contremuit terra. [5] montes sicut cera tabefacti sunt a facie domini, a facie dominatoris orbis terrae. [6] adnuntiaverunt caeli iustitiam eius, et viderunt omnes populi gloriam eius. [7] confundantur universi qui serviunt sculptili, qui gloriantur in idolis: adorate eum, omnes dii. [8] audivit et laetata est Sion, et exultaverunt filiae Iudae, propter iudicia tua, domine. [9] tu enim dominus excelsus super omnem terram: vehementer elevatus es super universos deos. [10] qui diligitis dominum, odite malum: custodit animas sanctorum suorum, de manu impiorum eruet eos. [11] lux orta est iusto, et rectis corde laetitia. [12] laetamini, iusti, in domino, et confitemini memoriae sanctae eius.

98

[1] Cantate domino canticum novum, quia mirabilia fecit: 96
salvavit sibi dextera eius et brachium sanctum eius. [2] notum fecit dominus salutare suum, in conspectu gentium revelavit iustitiam suam. [3] recordatus est misericordiae suae et veritatis suae domui Iacob: viderunt omnes fines terrae salutare dei nostri. [4] iubilate deo, omnis terra, vociferamini et laudate et cantate. [5] cantate domino in cithara, in cithara et voce carminis, [6] in tubis et clangore bucinae: iubilate coram rege domino. [7] tonet mare et plenitudo eius, orbis et habitatores eius. [8] flumina plaudent manu simul, montes laudabunt [9] ante dominum, quia venit iudicare terram, iudicare orbem in iustitia et populos in aequitatibus.

99

[1] Dominus regnavit, commoveantur populi, sessor cherubim, 97

4 *init* illuxerunt *S* | 4 fulgora *RW* | 5 caera *W* | 5 orbis *G*, orbi χ, omnis $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 7 sculptiliabus *R*, sculptilia *W* | 8 filii R^1 | 8 iudeae *R* | 9 universos χG, omnes $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 10 *ad* sanctorum *S* misericordium | 11 *ad* orta *S* seminata | 1 *praemittunt* psalmus φS, canticum $\beta\mu$, psalmus david vox eccl ad dominum et apostolos *R* | 1 salvabit χR | 2 *ad* conspectu *S* oculis | 2 revelabit χG^1 | 3 iacob $\xi ABCDGRW$, israel $\beta\mu\varphi$ | 4 domino $\beta\mu$ | 4 *fin* canite $\beta\mu\xi\varphi G^2RW$, psallite *S* | 5 *init* canite $\beta\mu\varphi RW$, psallite *S* | 5 cythara *utroque loco G, priori R* | 5 in cithara *alterum* > *RW* | 5 *ad* carminis *S* psalmi | 6 *pro* tubis *G* labiis | 8 plandent *R* | 8 manus ξRW, palma *S* | 9 *altero loco* iudicare *DG*, iudicabit $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 1 *cum* 98 *conectunt* $\beta\mu$ | 1 *praemittit* psalmus david vox apostolorum ad populum *R* | 1 regnabit βGR^2 [μ *ut edidi*] | 1 che-

concutiatur terra. [2]dominus in Sion magnus, et excelsus est super omnes populos. [3]confiteantur nomini tuo magno et terribili sanctoque. [4]imperium regis iudicium diligit: tu fundasti aequitates, iudicium et iustitiam in Iacob tu fecisti. [5]exaltate dominum deum nostrum, et adorate scabellum pedum eius, quia sanctum est. [6]Moyses et Aaron in sacerdotibus eius, et Samuhel in his qui invocant nomen eius: invocabant dominum, et ipse exaudivit eos: [7]in columna nubis loquebatur ad eos. custodiebant testimonia eius et praeceptum quod dedit illis. [8]domine deus noster, tu exaudisti eos: domine, propitius fuisti eis et ultor super commutationibus eorum. [9]exaltate dominum deum nostrum, et adorate in monte sancto eius: quia sanctus dominus deus noster.

100

98 [1]Canticum in gratiarum actione. Iubilate deo, omnis terra, [2]servite domino in laetitia, ingredimini coram eo in laude. [3]scitote quoniam dominus ipse est deus: ipse fecit nos, et ipsius sumus, populus eius et grex pascuae eius. [4]ingredimini portas eius in gratiarum actione, atria eius in laude: confitemini ei, benedicite nomini eius: [5]quia bonus dominus: in sempiternum misericordia eius, et usque ad generationem et generationem fides eius.

101

99 [1]David canticum. Misericordiam et iudicium cantabo, tibi, domine, psallam. [2]erudiar in via perfecta, quando venies ad me: ambulabo in simplicitate cordis mei in medio domus meae. [3]non ponam coram oculis meis verba Belial: facien-

rubym *G*, cherubin *RW* | 1 concutiat *G* | 3 magne et terribilis sanctum nomen eius et fortitudo *S* | 4 *praemittunt* et *βμ* | 5 sanctum *χG*, sanctus *βμξφRW* | 6 moses *βμ*, moises *ξ* | 6 samuel *R* | 6 ijs *ξ*, hiis *R* | 6 exaudiebat *ξχR* | 7 custodiebant *χG*, custodierunt *βμξφRW* | 7 quod > *χRW* | 7 *fin* eis *βμξφRW* | 8 commotationibus *RW*, adinventionibus *S* | 9 *pro* sancto eius *WZ* scs [*γ ut edidi*] | 9 sanctus > *WZ* | 1 *init* psalmus in confessione *ξφ*, psalmus pro confessione *S*, psalmus david vox apostolu▒rum [*sic*] ad populum *R* | 1 domino *ξ* | 3 deus > G^1 | 3 *ad* grex *S* oves | 4 *ad* in gratiarum actione *S* in confessione | 5 *ad* sempiternum *S* saeculum | 1 *init* psalmus david *ξφ*, psalmus david vox christi ad patrem de requie sanctorum *R* | 1 *ad* canticum *S* psalmus | 1 *fin* psallam *ad stichum sequentem trahunt ξW* | 2 *praemittunt* et *ξRW* | 2 meis *R* | 3 proponebam *RW* | 3 verba *GM speculum Augustini*, ver-

tem declinationes odivi nec adhaesit mihi. [4] cor pravum recedet a me, malum nesciam. [5] loquentem in abscondito contra proximum suum, hunc interficiam: superbum oculis et altum corde, cum hoc esse non potero. [6] oculi mei ad fideles terrae, ut habitent mecum: ambulans in via simpliciter, hic ministrabat mihi. [7] non habitabit in medio domus meae faciens dolum: loquens mendacium non placebit in conspectu oculorum meorum. [8] mane perdam omnes impios terrae, ut interficiam de civitate domini universos qui operantur iniquitatem.

102

[1] Oratio pauperis, quando sollicitus fuerit et coram do- 100
mino fuderit eloquium suum. [2] Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat. [3] ne abscondas faciem tuam a me: in die tribulationis meae inclina ad me aurem tuam. in quacumque die invocavero te, velociter exaudi me. [4] quoniam consumpti sunt sicut fumus dies mei, et ossa mea quasi frixa contabuerunt. [5] percussum est quasi foenum et arefactum est cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum: [6] a voce gemitus mei adhaesit os meum carni meae. [7] adsimilatus sum pellicano deserti, factus sum quasi bubo solitudinum. [8] vigilavi et fui quasi avis solitaria super tectum. [9] tota die exprobrabant mihi inimici mei, exultantes per me iurabant. [10] quia cinerem sicut panem comedi, et potum meum cum fletu miscui, [11] a facie indignationis et irae tuae, quia elevasti me et allisisti me. [12] dies mei quasi umbra inclinati

bum $\beta\mu\xi\varphi RW$ *„aliquot mss“ Gallorum*, superbum B | 3 belial $> RW$, *habent etiam BM*, diaboli *„aliquot mss“ Gallorum* | 4 nec $> R$ | 4 cor pravum *a praecedentibus aptum* RW | 4 Recede RW | 5 *init* detrahentem S | 5 *ad* proximum suum S sodalem suum | 5 potero $\xi\varphi BGRW$, poteram $\beta\mu$ | 6 ministrabit $\beta\mu\xi\varphi$ | 7 *pro* dolum *speculum Augustini* malum | 1 R *clare significat psalmum* 102 *tertiae quinquagenae* (*ut dici solebat*) *primum esse* | 1 quando sollicitus $\beta\mu$ [soli-μ] GW, cum anxius $\xi\varphi$, cum anxiatus R | 1 in conspectu domini S | 1 effuderit φRW | 1 *pro* eloquium suum RW precem suam | 1 *fin* + constanter vox christi et ecclesiae cum ascendisset christus ad patrem R | 2 exaudi $\xi\varphi\chi GRW$, audi $\beta\mu$ | 2 oratione G | 2 *ad* clamor meus S deprecatio mea | 3 *init* non $\xi\varphi RW$ | 3 te $\xi\varphi GRW$ *„quidam mss“ Vallarsii*, $> \beta\mu$ | 3 *ad* velociter S festina | 5 faenum RW | 7 sum *prius* $> G$ | 7 pelicano $\xi\varphi$ | 7 solitudinem W | 8 quasi G, sicut $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 9 *ad* exultantes S insultantes mihi | 11 *post* indignationis + tuae $\beta\mu\varphi$ | 11 elevasti $\xi\varphi\chi GRW$, levasti $\beta\mu$ | 12 sicut umbra inclinata FNQ

sunt, et ego quasi foenum arui. [13]tu autem, domine, in aeternum permanes, memoriale tuum in generatione et generatione. [14]tu suscitans misereberis Sion, quia tempus est ut miserearis eius, quoniam venit tempus, quoniam venit pactum. [15]quoniam placitos fecerunt servi tui lapides eius et pulverem eius miserabilem. [16]et timebunt gentes nomen domini, et universi reges terrae gloriam tuam, [17]quia aedificavit dominus Sion, apparuit in gloria sua: [18]respexit ad orationem vacui, et non despexit orationem eorum. [19]scribatur hoc in generatione novissima, et populus qui creabitur laudabit dominum. [20]quoniam prospexit de excelso sanctuario suo, dominus de caelo terram contemplatus est, [21]ut audiret gemitum vincti, ut solveret filios mortis, [22]ut narretur in Sion nomen domini, et laudatio eius in Hierusalem: [23]cum congregati fuerint populi simul, et regna ut serviant domino. [24]adflixit in via fortitudinem meam, adbreviavit dies meos. [25]dicam „deus meus, ne rapias me in dimidio dierum meorum: in generatione generationum anni tui“. [26]a principio terram fundasti, et opus manuum tuarum caeli. [27]ipsi peribunt, tu autem stabis, et omnes quasi vestimentum atterentur et quasi pallium mutabis illos, et mutabuntur: [28]tu autem ipse es, et anni tui non deficient. [29]filii servorum tuorum habitabunt, et semen eorum ante faciem eorum perseverabit.

103

101 [1]David. Benedic, anima mea, domino, et omnia viscera

12 fęnum *R*, faenum *W* | 13 *ante* memoriale + et *βμφ* | 13 memorabile *ξ* | 13 in geratione [*sic*] et generationem *W* | 14 *ad* suscitans *S* surgens | 14 est *ξφχGRW*, > *βμ* | 14 *ad* tempus *alterum S* condictum | 14 quoniam venit pactum *ξABCDGK*[1]*LMPRW*, > *βμφ* | 15 quoniam placuerunt servis tuis lapides eius et pulveri eius miserebuntur *FNQ*, *nisi quod* suis *N* | 15 placito *RW* | 15 mirabilem *χ* | 17 aedificabit *GRW* | 17 apparuit > *R in litura* | 18 *ad* vacui *S* effossi | 18[2] dispexit *R* | 19 scribantur hec *ξ*, scribantur hoc *R*[1], *R*[2] *ut edidi* | 23 cum > *RW* | 23 et regnavit serviant *WZ* | 24 afflixit *G* | 24 adbreviabit *W* | 25 *ante* deus + domine *B* | 25 dimidio *DG*, medio *βμξφRW* | 25 ◣◣ generationum *G*, et generationem *W* | 26 *ante* caeli + sunt *ξ* | 27 et *secundum* > *βμξφ* | 27 *ad* pallium *S* vestimentum | 27 illos *ξGRW*, eos *βμφ* | 28 es *ξφχGRW*, > *βμ* | 29 eorum *alterum χGRW*, tuam *βμξφ* | 29 *fin* dirigetur *S* | 1 david *βμφGW*, ipsi david *D*, psalmus david *ξ*, insi [*sic*] david vox ecclesię ad populum suum *R* | 1 benedi-

mea, nomini sancto eius. [2]benedic, anima mea, domino, et noli oblivisci omnium retributionum eius. [3]qui propitiatur cunctis iniquitatibus tuis et sanat omnes infirmitates tuas. [4]qui redimit de corruptione vitam tuam et coronat te misericordia et miserationibus. [5]qui replet bonis ornamentum tuum: innovabitur sicut aquilae iuventus tua. [6]faciens iustitias dominus, et iudicia cunctis qui calumniam sustinent. [7]notas fecit vias suas Moysi, filiis Israhel cogitationes suas. [8]miserricors et clemens dominus, patiens et multae miserationis. [9]non in sempiternum iudicabit neque in aeternum irascetur. [10]non secundum peccata nostra fecit nobis neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. [11]quantum enim excelsius est caelum a terra, tantum confirmata est misericordia eius super timentes eum. [12]quantum longe est oriens ab occidente, tantum longe fecit a nobis scelera nostra. [13]sicut miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se. [14]ipse enim novit plasmationem nostram, recordatus est quoniam pulvis sumus. [15]homo, quasi herba dies eius, sicut flos agri florebit. [16]quia spiritus pertransiet eum et non subsistet, et non cognoscet eum ultra locus eius. [17]misericordia autem domini ab aeterno et usque in aeternum super timentes eum, et iustitia eius in filios filiorum, [18]his qui custodiunt pactum eius et recordantur praeceptorum eius ad facienda ea. [19]dominus in caelo stabilivit thronum suum, et regnum illius omnium dominatur. [20]benedicite domino, angeli eius, fortes robore, facientes verbum eius, oboedientes voci sermonis eius. [21]benedicite domino, omnes exercitus eius, ministri eius, qui

cam *D* | 1 mea *prius* $\varphi\chi GRW$, $>\beta\mu$ | 3 propitiabitur *D* | 3 et $\varphi DGRW$, qui $\beta\mu\xi$ | 4 redemit *RW* | 4 viam *G* | 4 et *prius* $\xi\varphi DGRW$, qui $\beta\mu$ | 4 *post* te + in $\beta\mu\varphi$ | 5 *ad* replet *S* satiat | 5 *fin* mea *MNQ* | 6 calumnias $\xi\varphi RW$ | 7 mosi $\beta\mu$, moisi ξ | 7 *ad* cogitationes *S* adinventiones | 8 *ad* patiens *S* tardus ad furorem | 8 miserationes *R* | 9 iudicavit *R*, litigabit *S* | 9 *fin* in saeculum perseverabit *S* | 10 retribuet *G* | 11 a χG, $>\beta\mu\xi\varphi RW$ | 11 confortata $\beta\mu$ | 11 est *alterum* $>R$ | 11 timentibus χ | 14 *ad* plasmationem *S* cogitationem | 14 quia $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 14 pulvisumus *G* | 15 *post* agri + sic $\beta\mu\xi\varphi RW$ *contra DG* | 15 efflorebit ξ | 16 pertransiit $\beta\mu$, pertransivit *D*, pertransiens *R* | 16 *ante* eum *prius* + in *D* | 17 *ad* ab aeterno *S* a saeculo | 17 *ad* in aeternum *S* in saeculum | 18 iis ξ | 18 facienda $\xi\varphi\chi GRW$, faciendum $\beta\mu$ | 19 dominabitur ξB | 20 sermonum *RW*

facitis placitum illius. [22] benedicite domino universa opera eius in omnibus locis potestatis eius: benedic, anima mea, domino.

104

102 [1] Benedic, anima mea, domino: domine deus meus, magnificatus es nimis, gloria et decore indutus es, [2] amictus luce quasi vestimento, extendens caelos ut pellem, [3] qui tegis aquis cenacula eius, qui ponis nubes currum tuum, qui ambulas super pennas venti, [4] qui facis angelos tuos spiritus et ministros tuos ignem urentem. [5] qui fundasti terram super basem suam: non commovebitur in saeculum et in saeculum. [6] abysso quasi vestimento operuisti eam: super montes stabunt aquae. [7] ab increpatione tua fugient, a voce tonitrui tui formidabunt. [8] ascendunt montes et descendunt campi ad locum quem fundasti eis. [9] terminum posuisti, quem non pertransibunt, nec revertentur ut operiant terram. [10] qui emittis fontes in convallibus, ut inter medios montes fluant, [11] ut bibant omnia animalia regionum, et reficiat onager sitim suam. [12] super ea volucres caeli morabuntur: de medio nemorum dabunt vocem. [13] qui inrigas montes de cenaculis tuis: de fructu operum tuorum implebitur terra. [14] germinans herbam iumentis et foenum servituti hominum, ut educat panem de terra. [15] et vinum laetificat cor hominis: ad exhilarandam faciem oleo: panis autem

21 illius > G^1 | 1 *cum* 103 *conectunt* $\beta\mu$ | 1 *praemittunt* david DW, *praemittit* ipsi david vox ecclesiae ad populum suum R | 2 pullem R^1 | 3 texit S | 3 caenacula RW | 3 pones GRW, ponis *etiam* D, posuit S | 3 nubem ξD | 3 tuum $\xi\varphi BDGRW$, suum $\beta\mu$ | 3 ambulat S | 3 pinnas RW | 4 facit angelos suos S | 4 et > $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 4 *ad* tuos *alterum* S suos | 5 fundavit S | 5 basem suam $\xi\varphi\chi GRW$, bases suas $\beta\mu$ | 5 ut non commoveatur S | 5 cogmovebitur R | 5 *fin* et ultra S | 6 abyssum χ, abyssos R^1 | 7 tronitrui R | 7 tui > BRW | 8 ascendunt $\xi\varphi DGRW$, ascendent $\beta\mu$ | 8 descendunt $\xi\varphi DG$, discendunt RW, descendent $\beta\mu$ | 9 *post* posuisti + eis RW | 9 ut > W | 9 operient W^1 | 10 emittit F „*exemplaria canonis*“ *Gallorum*, inmittis RW | 10 *pro* montes G fontes | 10 fluant $\xi\varphi ABCDGRW$, ambulent $\beta\mu$ | 11 reficiat onager $\xi\varphi AB CDG$, reficiad onager R, reficiant onager W, reficiant onagri $\beta\mu$ | 12 voces R^1 | 13 irrigas GW | 13 caenaculis R | 13 satiabitur S | 14 san S. „*quid notare voluerit scholiastes noster non possumus divinare, quia nullum est verbum hebraicum in his versibus quod* san *scribatur vel legatur*“ *Martianay* | 14 faenum R | 14 ducat RW | 14 panem $\beta\mu\xi\varphi G$, faenum R, foenum W | 15 laetificet $\beta\mu$ | 15 oleo ξGR, in oleo $\beta\mu\varphi W$,

cor hominis roborat. [16] saturabuntur ligna domini, cedri Libani quas plantasti: [17] ibi aves nidificabunt, milvo abies domus eius: [18] montes excelsi cervis, petra refugium ericiis. [19] fecit lunam per tempora, sol cognovit occubitum suum. [20] posuisti tenebras, et facta est nox: in ipsa moventur omnes bestiae silvae. [21] leones rugientes ad praedam, et quaerentes a deo escas sibi. [22] oriente sole recedent, et in speluncis suis cubabunt. [23] egredietur homo ad opus suum, et ad servitutem suam usque ad vesperam. [24] quam multa sunt opera tua, domine: omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua. [25] hoc mare magnum et latum manibus: ibi reptilia innumerabilia, animalia parva cum grandibus: [26] ibi naves pertranseunt: Leviathan istum plasmasti, ut inluderet ei. [27] omnia in te sperant, ut des cibum eis in tempore suo. [28] dante te illis colligent: aperiente te manum tuam implebuntur bono. [29] abscondes vultum tuum et turbabuntur, auferes spiritum eorum et deficient et in pulverem suum revertentur. [30] emittes spiritum tuum et creabuntur, et instaurabis faciem terrae. [31] sit gloria domini in sempiternum: laetabitur dominus in operibus suis. [32] qui respicit terram, et tremet: tangit montes, et fumabunt. [33] cantabo domino in vita mea, psallam deo meo quamdiu sum. [34] placeat ei eloquium meum: ego autem laetabor in domino. [35] deficiant peccatores de terra, et impii ultra non sint: benedic anima mea domino. alleluia.

105

[1] Confitemini domino, invocate nomen eius, notas facite 103

super oleo *S* | 16 caedri *R* | 16 plantasti *ξABCDGRW*, plantavit *βμφ* | 18 ericiis *G*, *sed* iciis *prima manu in litura*, erenacis *R*, erenaces *W*, ęrinacijs *ξ*, herinacijs *φ*, hericiis *βμ*, cuniculi *FHMN* | 19 occubitum *ξφGRW duo codices Vallarsii*, cubitum *βμ* | 20 movebuntur *ξφRW*, repunt *S* | 21 ęscas *G*, escas *χ*, escam *βμξφRW* | 22 in cubilibus *S* | 23 egreditur *DRW* | 23 vesperum *βμξφRW* | 24 ◣◣possessione *R* | 26 pertransibunt *D* | 26 blasmasti *R* | 26 *fin* ut luderes in eo *FN* | 26 illuderetur G^2, illuderet *βμξφM* „*mss quamplures*“ *Gallorum* | 28 aperiante *R* | 28 replebuntur *βμξφRW*, saturabuntur *S* | 29 et *primum et secundum* > *βμ* | 30 emitte *R* | 31 in saeculum *S* | 32 *ante* terram + in *R* | 32 tremit *χ* | 32 tanget *RW* | 32 famabunt *RW* | 33 meo > RW^2 | 34 autem *ξφχGRW*, > *βμ* | 35 dominum *χ* | 35 alleluia > *R*, *utrum ad* 105 *an ad* 104 *trahant GW incertum.* halleluia *φ* | 1 *cum* 104 *fin conectunt βμ* | 1 *praemittit* hallelu ia *ξ*, *praemittit* alleluia vox

populis cogitationes eius. [2] cantite ei et psallite ei, loquimini universis mirabilia eius. [3] exultate in nomine sancto eius: laetetur cor quaerentium dominum. [4] quaerite dominum et virtutem eius, quaerite faciem eius iugiter. [5] recordamini mirabilium eius quae fecit, signorum et iudiciorum oris eius, [6] semen Abraham, servi eius, filii Iacob, electi eius. [7] ipse dominus deus noster: in universa terra iudicia eius. [8] recordatus est in aeternum pacti sui, verbi quod praecepit in mille generationes, [9] quod pepigit cum Abraham, et iuramenti sui cum Isaac. [10] et firmavit illud cum Iacob in lege, cum Israhel in pactum sempiternum, [11] dicens „tibi dabo terram Chanaan, funiculum hereditatis vestrae". [12] cum essent viri pauci, modici et advenae in ea: [13] et transierunt de gente in gentem, de regno ad populum alterum. [14] non dimisit hominem ut noceret eis, et corripuit pro eis reges. [15] „nolite tangere christos meos, et prophetas meos nolite adfligere". [16] et vocavit famem super terram: omnem virgam panis contrivit. [17] misit ante faciem eorum virum: in servum venumdatus est Ioseph. [18] adflixerunt in conpedes pedes eius: in ferrum venit anima eius: [19] usque ad tempus donec veniret sermo eius, eloquium domini probavit eum: [20] misit rex, et solvit eum, princeps populorum, et dimisit illum. [21] posuit eum dominum domus suae, et principem in omni possessione sua. [22] ut erudiret principes eius secundum voluntatem suam, et senes eius sa-

christi ad apostolos de iudaeis *R* | 1 *ante* invocate + et R^1 | 1 *ad* cogitationes *S* adinventiones | 2 cantate *βμφ* | 2 *pro* ei *altero βμ* illi | 2 loquemini *R* | 2 *ante* universis + in *βμξφRW contra GHM duo codices Vallarsii* | 2 universa *FN* | 2 mirabilia *FGHMN*, mirabilibus *βμξφRW* | 3 *praemittunt* et *ξRW* | 3 *init* laudamini *S* | 5^1 eius > *RW* | 5 *ad* signorum *S* prodigiorum | 5 iuditiorum *R* | 8 *ad* aeternum *S* saeculum | 8 verbum praecepit *S* | 8 praecipit *R* | 9 quo *W* | 9 sui ad isaac *ξ* | 10 *ad* firmavit *S* statuit | 10 *ut edidi etiam D nisi quod* israel, *utrumque* cum > *βμ* | 10^1 in praeceptum *S* | 10 gele *R* | 10 *ante* sempiternum + in *R* | 11 *prima manu in margine inferiori W* | 11 channan *R* | 13 ambulaverunt *S* | 13 *post* gentem + et *βμξφRW* | 14 *ad* noceret *S* calumniaretur | 15 affligere *GW* | 16 *ad* virgam *S* baculum | 17 venundatus *GW* | 18 afflixerunt *GW* | 18 compede *βμξφ* W^2, compedes GW^1 | 20 regem *S* | 20 *ad* princeps *S* dominatorem | 20 *ad* dimisit *S* solvit | 21 *ad* dominum *S* dominatorem | 21 *ad* principem *S* dominatorem | 21 in > *W* | 22 *init* Et *R* | 22 *ad* erudiret *S* castigaret |

pientiam doceret. [23] et ingressus est Israhel in Aegyptum, et Iacob advena fuit in terra Cham. [24] et crescere fecit populum suum nimis, et roboravit eum super hostes eius. [25] convertit cor eorum, ut odio haberent populum eius, ut dolose agerent contra servos illius. [26] misit Moysen servum suum, Aaron, quem elegit sibi. [27] posuit in eis verba signorum suorum et portentorum in terra Cham. [28] misit tenebras et contenebravit, et non fuerunt increduli verbis eius. [29] conmutavit aquas eorum in sanguinem, et occidit pisces eorum. [30] ebullivit terra eorum ranas in cubilibus regum eorum. [31] dixit, et venit musca omnimoda, scinifes in universis terminis eorum. [32] dedit pluvias eorum grandinem, ignem flammantem in terra eorum. [33] et percussit vineam eorum et ficum eorum, et confregit lignum finium eorum. [34] dixit, et venit locusta, et bruchus cuius non erat numerus, [35] et comedit omne foenum terrae eorum, et devoravit fructum terrae eorum. [36] et percussit omne primogenitum in terra eorum, primitias universi partus eorum. [37] et eduxit eos cum argento et auro, et non erat in tribubus eorum infirmus. [38] laetata est Aegyptus, cum egrederentur: quoniam inruerat terror eorum super eos. [39] expandit nubem in tentorium, et ignem, ut luceret nocte. [40] petierunt, et adduxit ortygometram, et pane caelesti saturavit eos. [41] aperuit petram, et fluxerunt aquae: cucurrerunt in aridis flumina. [42] quia recordatus est verbi sancti sui cum Abraham servo suo. [43] et eduxit populum suum in laetitia, laudantes electos suos. [44] et dedit eis terras gentium, et labores tribuum possederunt, [45] ut custodirent caeremonias eius et leges eius servarent. alleluia.

23 egresus *R*, egressus *W* | 23 in *prius* χG, $>$ $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 23 ham *RW* | 25 *praemittunt* et *duo codices Vallarsii* | 25 dolos *unus reginae* | 26 mosen $\beta\mu$, moisen ξ | 26 *ante* aaron + et χ | 27 ham *RW* | 29 commotavit *RW* | 30 cubiculis χ | 31 scynifes *G*, scnifes *R*, pediculi *S* | 31 terminis *prima manu in litura G* | 34 brucus *G* | 35 fenum *G*, fęnum *R* | 36 paratus *RW*, doloris *S* | 38 irruerat *G* | 40 ortigometram *GR*, ortigometran *W*, coturnicem *S* | 40 celesti *G*, coelesti μ, cęli *R*, caeli ξW, coeli φ | 41 concurrerunt φW | 43 suum $>$ *R* | 43 cum gaudio *S* | 43 laudantes $\xi\varphi GRW$ *duo codices Vallarsii „aliquot" Gallorum*, in laude $\beta\mu$ | 44 terram χ | 44 labores χG, laborem $\beta\mu\xi\varphi RW$ | 44 *ad* tribuum *S* plebium | 45 cerimonias *G* | 45 legem *RW* | 45 alleluia *utrum ad psalmum sequentem an huc pertineat non liquet in G*, $>$ ξRW, halleluia φ |

104 [1]Alleluia. Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in aeternum misericordia eius. [2]quis loquetur fortitudines domini, auditas faciet omnes laudes eius? [3]beati qui custodiunt iudicium et faciunt iustitiam in omni tempore. [4]recordare mei, domine, in repropitiatione populi tui, visita me in salutari tuo, [5]ut videam bona electorum tuorum et laeter in laetitia gentis tuae et exultem cum hereditate tua. [6]peccavimus cum patribus nostris, inique fecimus, impie egimus. [7]patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua, non sunt recordati multitudinis misericordiae tuae, et ad iracundiam provocaverunt super mare, in mari rubro. [8]salvavit autem eos propter nomen suum, ut ostenderet fortitudinem suam. [9]et comminatus est mari rubro, et aruit, et transduxit eos per abyssos quasi in deserto. [10]et salvavit eos de manu odientis, et redemit eos de manu inimici. [11]et operuit aqua hostes eorum: unus de ipsis non superfuit. [12]et crediderunt verbis eius cecineruntque laudes eius. [13]cito obliti sunt operum illius, nec expectaverunt voluntatem eius. [14]et desideraverunt desiderium in deserto, et temptaverunt deum in solitudine. [15]dedit ergo eis petitionem ipsorum, et misit tenuitatem in animam eorum. [16]et zelati sunt Moysen in castris et Aaron sanctum domini. [17]aperta est terra, et devoravit Dathan, et operuit synagogam Abiram. [18]et succensus est ignis in synagoga eorum: flamma exussit impios. [19]fecerunt vitulum in Horeb, et adoraverunt conflatile. [20]et mutaverunt gloriam suam in similitudinem bovis comedentis foenum. [21]obliti sunt dei salvatoris sui, qui fecit

1 alleluia > *G* [*sed vide ad* 105 *fin*], halelu ia halelu ia ξ, halleluia φ. *post* alleluia + vox christi ecclesię ad apostolos legendus ad exodum *R* | 1 contemini G^1 | 1 *ad* aeternum *S* saeculum | 3 et ξφχ*GRWZ*, > βμ | 3 iustitias ξ | 4 repropitione G^1 | 7^1 sunt eruditi mirabilibus tuis *S* | 7^3 et irritaverunt super mare „*etc solus*“ *N* | 9 cominatus *R* | 11 operuit aqua ξφ*DGRWZ*, operuerunt aquae βμ | 11 de βμξφ*GR*, ex γ*WZ* | 12 laudes χ*G*, laudem βμξφ*RWZ* | 13 *init* festinato *S* | 13 *ad* voluntatem *S* consilium | 15 dedit ergo βμ*G*, et dedit ξφ, et dedit ergo *RWZ* | 15 anima *R* | 16 mosen βμ, moisen ξ | 16 et *alterum* χ*G*, > βμξφ*RWZ* | 17 datham G^1 | 17 sinagogam RZ^1 | 17 abyram βμφ, abiron ξ | 18 successus *R* | 18 sinagogam *RWZ* | 18 exusit RWZ^2 | 18 *fin* montes *S* | 19 choreb ξ*R* | 20 motaverunt *RWZ* | 20 similitudine ξφ*RZ*, simitudine *W* | 20 faenum *R* | 21 salutaris *RWZ*

magnalia in Aegypto, [22] mirabilia in terra Cham, terribilia super mare rubrum. [23] dixit ergo ut contereret eos, nisi Moyses electus eius stetisset medius contra faciem illius, ut converteret indignationem eius et non interficeret. [24] et despexerunt terram desiderabilem, nec crediderunt sermoni eius. [25] et murmuraverunt in tabernaculis suis: non audierunt vocem domini. [26] et elevavit manum suam super eos, ut deiceret eos in deserto [27] et ut deiceret semen eorum in gentibus et dispergeret eos in terris. [28] et consecrati sunt Belphegor, et comederunt victimas mortuorum. [29] et concitaverunt eum in studiis suis, et percussit eos plaga. [30] stetit autem Finees et diiudicavit, et est retenta percussio. [31] et reputatum est ei in iustitiam in generationem et generationem usque in aeternum. [32] et provocaverunt super aquam contradictionis, et adflictus est Moyses propter eos, [33] quia provocaverunt spiritum eius. et praecepit labiis suis. [34] non exterminaverunt populos quos dixit dominus eis. [35] et commixti sunt gentibus, et didicerunt opera eorum, [36] et servierunt sculptilibus eorum, et factum est eis in scandalum. [37] et immolaverunt filios suos, et filias suas daemoniis. [38] et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum et filiarum suarum, quos immolaverunt sculptilibus Chanaan: et polluta est terra sanguinibus. [39] et coinquinati sunt in operibus suis, et fornicati sunt in studiis suis. [40] iratus est itaque furor

22 mirabia *R* | 22 ham *RWZ* | 22 mari rubro *WZ* | 23 conteret *RWZ*, disperderet *S* | 23 moses *βμ* | 23 et *βμG*, ut *ξφRWZ* | 24 dispexerunt *RWZ* | 25 exaudierunt *ξφRWZ* | 26 deieret *R* | 27 deieceret *RW* | 27 se semen *WZ* | 28 beelpheor *βμ*, beelphegor *ξφDRWZ* | 29 eum *ξφDGRWZ*, > *βμ* | 30 autem *etiam M*, > *N* „*alii duo*“ *Gallorum* | 30 diiudicabit G^1, exoravit *MN* „*alii duo*“ *Gallorum* | 31 iustitia *RWZ* [-cia *Z*] | 31 generatione et generatione *ξφ*, generatione et generationem *βμRWZ* | 31 *fin* saeculum *S* | 32 condictionis Z^1 | 32 afflictus *GWZ* | 32 moses *βμ*, moises *ξ* | 33 p̄cepit *G*, praecipit *R*, p̄cipit *WZ*, protulit *S* | 33 *ante* labiis + in *βμ* | 34 *fin* illis *Z* | 35 *post* sunt + inter *WZ* | 35 dedicerunt *R* | 36 scultilibus *R*, idolis *S* | 37 imolaverunt G^1 | 37 demonibus *RZ*, daemonibus *βμξφW* | 38 scultilibus *R*, idolis *S* | 38 channan *R* | 38 et *tertium* > *HM* | 38 pulluta *R*, contaminata *S*, adulterata *N*, adultera *HM* | 38 *ante* sanguinibus + in *χ* | 38 sanguine *N*, per sanguinem *HM* | 39 *ad* studiis *S* adinventionibus

domini in populum suum, et abominatus est hereditatem suam. [41]et dedit eos in manus gentium, et dominati sunt eorum qui oderant eos. [42]et adflixerunt eos inimici sui, et humiliati sunt sub manu eorum. [43]multis vicibus liberavit eos, ipsi vero provocabant in consiliis suis, et humiliati sunt propter iniquitates suas. [44]et vidit tribulationem eorum, cum audiret eos rogantes. [45]et recordatus est pacti sui cum eis, et poenituit eum secundum multitudinem misericordiae suae. [46]et dedit eos miserabiles coram omnibus qui ceperant eos. [47]salva nos, domine deus noster, et congrega nos de gentibus, ut confiteamur nomini sancto tuo et canamus laudantes te. [48]benedictus dominus deus Israhel ab aeterno et usque in aeternum, et dicet omnis populus „amen amen alleluia".

107

105 [1]Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in aeternum misericordia eius. [2]dicant qui redempti sunt a domino, quos redemit de manu hostis [3]et de terris congregavit eos, ab oriente et ab occidente, ab aquilone et mari. [4]erraverunt in solitudine, in deserta via: civitatem quae habitaretur, non repperierunt. [5]esurientes et sitientes: anima eorum in ipsis defecit. [6]et clamaverunt ad dominum in tribulatione sua, et de adflictione eorum eripuit eos. [7]et duxit eos per viam rectam, ut venirent in civitatem habitabilem. [8]confiteantur

40 abhominatus *RWZ* | 41 manu *βμξφR* | 41 oderunt *βμξφRWZ* | 42 afflixerunt *GZ* | 42 *pro* sui *ξ* eorum | 43 vocibus *WZ* | 43 iniquitates suas *φχGRWZ*, iniquitatem suam *βμξ* | 44 exaudiret *WZ* | 45 penituit G^1R, paenituit *WZ* | 45 eum *ξφχGRWZ*, > *βμ* | 45 *fin* tuae *R* | 46 coeperant *φ*G^1RWZ | 47 tuo sancto *R* | 47 laudantes te *βμξGR*, laudantes *M*, laude tua *W*, laudem tuam *Z*, in laude tua *φ* | 48 a saeculo et usque in saeculum *S* | 48 et *alterum* > R^1 | 48 amen amen alleluia *G sed* alleluia *fortasse titulus sequentis psalmi*, amen alleluia *βμφ* [ha-*φ*], amen *R*, amen amen *ξ*, fiat fiat aſ *W sed* aſ *fortasse ad psalmum* 107 *pertinet*, fiat fiat *Z*, *in quo* alleluia *certe ad* 107 *trahi debet* | 1 *vide ad* 106 *fin. cum* 106 *conectunt βμ* | 1 *praemittit* halelu ia *ξ*, alleluia vox christi de iudeis legendus ad iudicum et numeri libros *R* | 1 *ad* aeternum *S* saeculum | 2 qui redempti sunt *ξφχ* [-mti] *GR* [-mti] *WZ*, redemti *βμ* | 3 ab *secundum* > *βμξφRWZ* | 4 haberetur *WZ* | 4 repererunt *βμ*, reppererunt *ξφ*G^2 | 5 deficiebat *βμξφRWZ* | 6 et *alterum* > *βμξφRWZ* | 6 afflictione *GZ*, angustiis *S* | 7 et > *M* | 7 eduxit *DM* | 7 eos *DGM*, illos *βμξφRWZ* | 7 ut venirent > *M*, ut irent *N*, *ceteri codices Gallorum ut edidi*

domino misericordiae eius, et mirabilia eius in filios hominum, [9] quia saturavit animam vacuam, et animam esurientem implevit bonis, [10] habitantes in tenebris et umbra mortis, alligatos inopia et ferro. [11] quia provocaverunt sermones dei, et consilium excelsi blasphemaverunt. [12] et humiliavit in labore cor eorum, ceciderunt, et non erat qui adiuvaret. [13] et clamaverunt ad dominum in tribulatione eorum, et de angustia eorum liberavit eos, [14] et eduxit eos de tenebris et umbra mortis, et vincula eorum disrupit. [15] confiteantur domino misericordiae eius, et mirabilia eius in filios hominum, [16] quia contrivit portas aereas et vectes ferreos confregit, [17] stultos propter viam sceleris eorum, et propter iniquitates adflictos. [18] omnem cibum abominata est anima eorum, et accesserunt ad portas mortis. [19] et clamaverunt ad dominum in tribulatione sua, et de angustiis eorum salvavit eos. [20] misit verbum suum, et sanavit eos et salvavit de interitu. [21] confiteantur domino misericordiae eius, et mirabilia eius in filios hominum. [22] et immolent hostias gratiarum, et narrent opera eius in laude [23] qui descendunt in mare navibus, facientes opus in aquis multis. [24] ipsi viderunt opera domini, et mirabilia eius in profundo. [25] dixit, et surrexit ventus tempestatis et elevavit gurgites eius. [26] ascendunt in caelum et descendunt in abyssos: anima eorum in adflictione consumitur. [27] obstipuerunt et intremuerunt quasi ebrius, et universa sa-

8 misericordiae *DG* „*mss aliquot*“ *Gallorum*, misericordiam *βμξ* „*antiquiores mss*“ *Gallorum*, misericordias *φHRWZ* | 8 filiis „*aliquot mss*“ *Gallorum* | 12 ceciderunt *ξφDGRWZ*, corruerunt *βμ* | 13 *pro* in *Z* cum | 13 eorum *prius G*, sua *βμξφRWZ* | 13 et *alterum ξφDGRWZ*, > *βμ* | 13 angustiis *βμξφDRWZ* | 13 liberavit *DG*, salvavit *βμξφR WZ* | 15 misericordias *φRWZ*, misericordiam *βμ*, mīaz̄ ξ. *D* = *G* | 15 filiis *χ* | 16 *ad* portas aereas *S* ostia aerea | 17 de via *S* | 17 de iniquitatibus suis *S* | 17 afflictos *GZ* | 18 abhominata G^2WZ | 18 *ante* ad + usque *χ* | 19 et *alterum χG*, > *βμξφRWZ* | 20 salvabit G^1 | 20 *ante* de + eos *ξ* | 20 *fin* + eorum *βμφ* | 21 misericordias *φRWZ*, misericordiam *βμ*, mīaz̄ ξ. *D* = *G* | 21 filiis *χ*G^1 | 22 ymmolent G^1 | 22 *ad* gratiarum *S* confessionum | 23 discendunt *R* | 23 in mare *GRWZ quatuor codices Gallorum*, mare in *βμξφ* | 23 operationes *χ* | 25 *praemittunt* et *βμ* | 25 *ad* surrexit *S* statuit | 26 discendunt *R* | 26 afflictione *GZ*, malo *S* | 27 obstupuerunt *βμξφWZ*

pientia eorum absorpta est. [28]clamabunt autem ad dominum in tribulatione sua, et de angustiis educet eos. [29]statuet turbinem in tranquillitatem, et silebunt fluctus eius. [30]laetabuntur quoniam quieverunt, et deducet eos ad portum quem voluerunt. [31]confiteantur domino misericordiae eius, et mirabilia eius in filios hominum. [32]et exaltent eum in ecclesia populi, et in cathedra seniorum laudent eum. [33]ponet flumina in desertum, et fontes aquarum in sitim, [34]terram fructiferam in salsuginem, prae malitia habitatorum eius. [35]ponet desertum in paludes aquarum, et terram inviam in fontes aquarum. [36]et collocavit ibi esurientes, et fundabunt urbem ad habitandum. [37]et serent agros et plantabunt vineas, et facient fruges genimina. [38]et benedicet eis, et multiplicabuntur nimis, et pecora eorum non inminuet. [39]inminuta sunt autem et adflicta propter angustiam mali et doloris. [40]et effundet despectionem super principes, et errare eos faciet in solitudine devia. [41]et sublevabit pauperem de inopia, et ponet quasi gregem familias. [42]videbunt recti et laetabuntur, et omnis iniquitas contrahet os suum. [43]quis sapiens? et custodiet haec, et intelleget misericordias domini.

108

106 [1]Canticum psalmi, David. [2]Paratum cor meum, deus: cantabo et psallam, sed et gloria mea. [3]consurge, psalterium et cithara: consurgam mane. [4]confitebor tibi in populis,

27 absorta *G*, obsorbta *RWZ* | 28 clamabunt *ξφDGRWZ*, clamaverunt *βμ* | 28 angustia *ξφRWZ* | 28 *ante* educet + eorum *βμφ contra ξDGRWZ* | 28 eduxit *βμD* | 29 statuit *WZ*, suscitabit *S* | 29 turbidinem *R* | 29 fructus *G* | 30 quierunt *RWZ* | 31 misericordiae *D*, misericordia *G*, misericordias *φRWZ*, misericordiam *βμξ* | 31 in > *G* | 31 filiis *G* | 33 ponent *G*, pone *RWZ* | 33 *ad* fontes *S* exitus | 34 habitorum W^1, habitatorium *Z* | 35^2 > *R* | 35 in *alterum* > *ξWZ* | 35 *ad* fontes *S* exitus | 36 formabunt *ξφRWZ* | 37 genimina *χGRWZ*, germina *βμξφ* | 38 peccora *W*, iumenta *S* | 38 imminuet *D*, minuet *ξφRWZ*, imminuentur *βμ* | 39 imminuta *WZ* | 39 afflicta *GZ* | 39 pro angustiam *R* | 40 effudet *WZ* | 40 *ad* solitudine *S* inani | 40 de via *ξ* | 41 sublevavit *RZ* | 41 quasi > *G* | 41 *ad* gregem *S* oves | 42 laetibuntur *R* | 43 qui *RWZ* | 1 canticum [n *super versum*] psalmi david vox ecclesiae ad superpositionem *R* | 1 psalmus *ξφ* | 2 canto *B* | 2 et *alterum* > *R* | 3 *init* consurgens *D*, expergiscere *S* | 3 cythara *GR* | 3 *fin* expergescar [*sic*] diluculo *S* | 4^2 psallam tibi in plebibus *S* |

domine, et cantabo te in nationibus. [5] quoniam magna super caelos misericordia tua, et usque ad aethera veritas tua. [6] exaltare super caelos, deus, et super omnem terram gloria tua. [7] ut liberentur dilecti tui, salva dextera tua, et exaudi me. [8] deus locutus est in sanctuario suo „gaudebo, dividam Sychem, et vallem Socchoth dimetiar. [9] meus est Galaath et meus est Manasse, et Ephraim hereditas capitis mei. Iuda dux meus, [10] Moab lebes pelvis meae: super Idumaeam proiciam calciamentum meum: cum Philisthim foederabor". [11] quis deducet me in civitatem munitam? quis deducet me usque in Idumaeam? [12] nonne tu, deus, qui proieceras nos, et non exieras, deus, in exercitibus nostris? [13] da nobis auxilium de tribulatione: vana est enim salus ab homine. [14] in deo erimus fortes, et ipse conculcabit hostes nostros.

109

[1] Pro victoria David, canticum. Deus laudabilis mihi, ne 107
taceas, [2] quia os impii et os dolosi contra me apertum est. locuti sunt de me lingua mendacii, [3] verbis odii circumdederunt me et expugnaverunt me frustra. [4] pro eo quod eos diligebam, adversabantur mihi: ego autem orabam. [5] et posuerunt contra me malum pro bono, et odium pro dilectione mea. [6] constitue super eum impium, et Satan stet a dextris eius. [7] cum fuerit diiudicatus, exeat condemnatus, et oratio eius sit in peccatum. [8] fiant dies eius parvi, et episcopatum eius accipiat

8 sicimam χ, sichem $\beta\mu\xi\varphi$ | 8 soccoth $\beta\mu\varphi$, socchot *G*, sochot ξR | 8 demetiar ξRWZ | 9 galaath *G* [th = ך *non duratae ut saepe, vide onomastica sacra Lagardii*], galaad $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 9 et *prius* > $\beta\mu$ | 9 est *alterum* > *R* | 9 maneasse G^1, *serius* manases G^2 [*sic*], manase *Z* | 9 effraim $GRWZ$ | 9 *ad* hereditas *S* fortitudo | 9 *pro* capitis mei *WZ* mea | 9 rex *G*, legifer *S* | 10 idumeam *GWZ*, idumea *R* | 10 meum > *R* | 10 *fin* mihi palaestina foederabitur *S* | 10 philistim $\xi GRWZ$, philistiim φ | 10 *fin* foedabor *obelizatum RW*, fedabor *Z* | 12 *init* non *Z* | 12 proiecisti *N* | 12 exibis *N*, exierat *Z* | 13 de *G*, in $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 13 salus hominis *N* | 14[1] faciemus virtutem *S* | 14 conulcavit *R* [*sic*] | 1 *init* in finem psalmus david vox christi de iudaeis *R* | 1 pro victoria *ABCDGWZ* „*plures mss*" *Gallorum*, victori $\beta\mu\xi\varphi$ | 1 psalmus $\xi\varphi S$ | 1 deus laudem meam ne tacueris *F* „*ambo exemplaria canonis*" *Gallorum* | 2 os *alterum* > φRWZ | 2 mendaci *RWZ* | 3 *praemittunt* et $\beta\mu$ | 3 et > ξR | 3 *fin* gratis *Z* | 5 pro bono > *Z* | 6 constitues ξR^2 | 6 sathan ξ, satanan *RWZ* | 7 iudicatus $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 8 pauci $\beta\mu$ | 8 et > $\beta\mu\xi\varphi RWZ$

alter. [9] sint filii eius pupilli, et uxor eius vidua. [10] instabiles vagentur liberi eius et mendicent et quaerantur in parietinis suis. [11] scrutetur exactor universa quae habet, et diripiant alieni labores eius. [12] non sit qui eius misereatur nec qui clemens sit in pupillos eius. [13] fiat novissimum eius interitus: in generatione altera deleatur nomen eius. [14] redeat in memoriam iniquitas patrum eius apud deum, et iniquitas matris eius ne deleatur. [15] sit contra deum semper, et intereat de terra memoria eorum, [16] eo quod non est recordatus facere misericordiam, et persecutus est virum inopem et pauperem et conpunctum corde, ut interficeret. [17] et dilexit maledictionem, quae veniet ei, et noluit benedictionem, quae elongabitur ab eo. [18] et indutus est maledictione quasi vestimento suo, et ingredietur quasi aqua in viscera eius et quasi oleum in ossa eius. [19] sit ei quasi pallium quo circumdatur, et quasi cingulum quo semper accingitur. [20] haec est retributio his qui adversantur mihi a domino, et qui locuntur malum contra animam meam. [21] tu autem, domine deus, fac mecum propter nomen tuum, quoniam bona est misericordia tua: libera me, [22] quoniam egenus et pauper sum, et cor meum vulneratum est intrinsecus. [23] quasi umbra cum declinatur, abductus sum, et excussus quasi locusta. [24] genua mea vacillaverunt a ieiunio, et caro mea mutata est absque oleo. [25] et ego factus sum obprobrium eis: videntes me moverunt caput suum. [26] adiuva me, domine deus meus, salva me secundum miseri-

10 liberi $\beta\mu G$, filii $\xi\varphi RWZ$ | 10 quaerantur $\xi\varphi GRWZ$, *ita vel* querantur *codices Vallarsii*, quaerant $\beta\mu$ | 11 diripiantur ab alienis RWZ [allienis R^1] | 11 deripiant G | 11 laborem $\beta\mu$ | 12 pupillo RWZ | 13 fiant WZ | 13 *fin* eorum N *et „codd mss quae scholiis marginalibus vitiata deprehenderunt“ Galli* | 14 *init* commemoretur S | 14 i R | 14 dominum $\beta\mu$ | 14 *ad* iniquitas S peccatum | 14 ne G, non $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 15 sint $\beta\mu\xi\varphi$ | 15 dominum $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 17 *pro* quae *priori* χS et, *ubi* χ *errori Vallarsii deberi videatur* | 17 et *alterum* $> G^1$ | 18 *pro* aqua in W aquam, Z aquā | 18 visceribus R^1WZ | 19 *ad* pallium S vestimentum | 19 circumcidatur Z | 20 his $\varphi\chi GRWZ$, ijs ξ, eorum $\beta\mu$ | 20 loquuntur WZ | 21 deus $> RWZ$, *ante* domine *conlocat D, eius loco* domine N | 21 libera *novi stichi initium faciunt GRWZ* | 23 *praemittunt* et RWZ | 23 inclinatur $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 23 et $> \beta\mu$ | 24 vacellaverunt R | 24 inmutata WZ, immutata φ, macilenta S | 25 opprobrium G^2 | 25 *post* me + et WZ

cordiam tuam. [27] et sciant quoniam manus tua haec: tu, domine, fecisti eam. [28] maledicent illi, et tu benedices: restiterunt, et confundentur: servus autem tuus laetabitur. [29] induantur adversarii mei confusione, et operiantur quasi indumento confusione sua. [30] confitebor domino vehementer in ore meo, et in medio populorum laudabo eum. [31] quoniam stabit a dextris pauperis, ut salvet a iudicibus animam meam.

110

[1] David, canticum. Dixit dominus domino meo „sede a 108
dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum". [2] virgam fortitudinis tuae emittet dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum. [3] populi tui spontanei erunt in die fortitudinis tuae: in montibus sanctis quasi de vulva orietur tibi ros adolescentiae tuae. [4] iuravit dominus, et non poenitebit eum „tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec". [5] dominus a dextera tua percussit in die furoris sui reges. [6] iudicabit in gentibus, implebit valles: percutiet caput in terra multa. [7] de torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.

111

[1] Alleluia. Confitebor domino in toto corde meo, in con- 109
silio iustorum et congregatione. [2] magna opera domini, ex-

27 *init* ut χ | 27 ea ξRWZ | 28 restiterunt et confusi sunt S | 29 *post* confusione + sua D | 29 et > ξ | 29 indumento DG, vestimento $\xi\varphi RWZ$, pallio $\beta\mu$ | 30 *ad* populorum S multorum | 31 *ad* pauperis S egeni | 31 iudicantibus S | 31 meam $DGRZ$, eius $\beta\mu\xi\varphi W$ | 1 david canticum $\beta\mu\xi GWZ$, psalmus david φ, psalmus david vox ecclesię de patre et filio R | 1 psalmus S | 1 tuos > R, *obelizatum* W | 2 *init* baculum S | 3 tui > N | 3 spontanei $\beta\mu\varphi GHNRWZ$, iudices DM, duces F, duces spontanei ξLP *„alii mss" Vallarsii* | 3 erunt > FN | 3[1] suae RWZ | 3 *ad* montibus S splendoribus | 3 sancti N | 3 quasi > F, *habent ceteri libri Gallorum* | 3 adoliscentiae R | 3 *fin* suae RWZ | 4 penitebit GW, penetebit R, pęnitebit Z | 4 melchisedech ξGRW, melchisedehc Z, melchisedek φ | 5 a dextera tua $\varphi\chi GRWZ$, ad dexteram tuam $\beta\mu$ | 6 iudicavit WZ | 6 implevit $\beta\mu\varphi RWZ$ | 6 *ad* valles S cadaveribus | 6 percussit φ | 1 alleluia $\beta\mu GWZ$, halelu ia ξ, halleluia φ, reversio aggei et zacharię [c *super versum*] vox ecclesię de christo cum laude R | 1 *seqq literarum hebraicarum nomina in margine codicum non nullorum notata hic ut ubique missa facio* | 1 meo > $\beta\mu\xi\varphi$ | 1 concilio ξ | 1 *ad* iustorum S rectorum

quirenda in cunctis voluntatibus suis. [3] gloria et decor opus eius, et iustitia eius perseverans semper. [4] memoriam fecit mirabilium suorum, clemens et misericors dominus. [5] escam dedit timentibus se. memor erit in sempiternum pacti sui: [6] fortitudinem operum suorum adnuntiavit populo suo, ut det eis hereditatem gentium. [7] opus manuum eius veritas et iudicium: fidelia omnia praecepta eius, [8] firmata in sempiternum iugiter, facta in veritate et aequitate. [9] redemptionem misit populo suo, mandavit in aeternum pactum suum: sanctum et terribile nomen eius. [10] principium sapientiae timor domini, doctrina bona cunctis qui faciunt eam: laus eius perseverat iugiter.

112

110 [1] Alleluia. Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius volet nimis. [2] potens in terra erit semen eius: generatio iustorum benedicetur. [3] substantia et divitiae in domo eius, et iustitia eius perseverans semper. [4] ortum est in tenebris lumen iustis: clemens et misericors et iustus. [5] bonus vir clemens et fenerans: dispensabit verba sua in iudicio: [6] quia in aeternum non commovebitur. in memoria sempiterna erit iustus: [7] ab auditu malo non timebit. paratum cor eius, confidens in domino. [8] firmum cor eius, non timebit, donec aspiciat in hostibus suis. [9] dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius permanet in aeternum: cornu eius exaltabitur in gloria. [10] impius videbit, et irascetur: dentibus suis frendet, et tabescet: desiderium impiorum peribit.

2 exquisita *D*, exquiranda *R in litura pr m* | 2 in *ξφDGRWZ „mss quamplures" Gallorum*, > *βμ „canonis exemplaria cum aliquot aliis mss" Gallorum* | 2 voluntatibus suis *ξφDGRWZ „mss quamplures" Gallorum*, voluntatibus eius *„alii" apud Vallarsium*, volentibus eum *βμ „canonis exemplaria cum aliquot aliis mss" Gallorum* | 3 semper *in litura R* | 4 deus *χ* | 5 *ad* sempiternum *S* saeculum | 6 *praemittunt* et *RWZ* | 6 adnuntiabit *RW*, annuntiabit *βμZ*, annunciabit *ξφ* | 6 illis W^1? *R* | 8 *ad* sempiternum *S* saeculum | 8 facte *R* | 9 *ad* aeternum *S* saeculum | 10 *ad* doctrina *S* eruditio | 10 qui faciunt *ξφGRWZ*, facientibus *βμ* | 10 ea *βμ* | 10 *fin* + alleluia *RWZ* | 1 halelu ia *ξ*, halleluia *φ* | 1 *post* alleluia + reversio aggei et zacharię [za *manu recenti super versum*] vox ecclesię de christo *R* | 2 *ad* iustorum *S* rectorum | 4 *ad* iustis *S* rectis | 4 miserator *ξφRWZ*, pius *S* | 5 *post* vir + et *ξ* | 5 fenerans *GRWZ* | 5 dispensavit *ABCD*, dispersavit *μ vitio typothetae* | 6 *ad* aeternum *S* saeculum | 9 corn R^1

113

[1] Alleluia. Laudate, servi, dominum, laudate nomen do- 111
mini. [2] sit nomen domini benedictum a modo et usque in aeternum. [3] ab ortu solis usque ad occasum eius laudabile nomen domini. [4] excelsus super omnes gentes dominus: super caelos gloria eius. [5] quis ut dominus deus noster qui in excelsis habitans [6] humilia respicit in caelo et in terra? [7] suscitans de terra inopem, et de stercore elevat pauperem, [8] ut eum sedere faciat cum principibus, cum principibus populi sui. [9] qui conlocat sterilem in domo, matrem filiorum laetantem. alleluia.

114

[1] Cum egrederetur Israhel de Aegypto, domus Iacob 112
de populo barbaro, [2] factus est Iudas in sanctificatione eius, Israhel potestas eius. [3] mare vidit et fugit, Iordanis conversus est retrorsum. [4] montes subsiluerunt quasi arietes, colles quasi filii gregis. [5] quid tibi est, mare, quia fugisti? Iordanis, quia conversus es retrorsum? [6] montes, sussultastis quasi arietes et colles quasi filii gregis? [7] a facie domini contremescit terra, a facie dei Iacob. [8] qui convertit petram in paludes aquarum, silices in fontes aquarum.

115

[9] non nobis, domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam, propter misericordiam tuam et veritatem tuam, [10] ne dicant gentes „ubi est deus eorum?“. [11] deus autem noster in

1 halelu ia ξ, halleluia φ | 1 *post* alleluia + vox ecclesię quam dicit de fidelibus suis *R* | 2 et > *RWZ* | 2 usque > Z^1 | 2 *ad* aeternum *S* saeculum | 4 super coelos μ, supra coelum φ, super celos *G*, supra caelum ξ*RWZ* | 6 respiciet *D* | 7 *ad* terra *S* pulvere | 8 cum principibus *alterum* > *R* | 9 collocat *GWZ* | 9 sterelem *R* | 9 alleluia > ξ, *ad* 114 *trahit D, quo in GRWZ pertineat non ausim affirmare.* halleluia φ | 1 *cum* 113 *conectunt* $\beta\mu$ | 1 *praemittit* halelu ia ξ, vox apostolica cum iudeis increpat idola *R* | 1 egrederet *WZ* | 2 facta est iudaea *N* „*cum suis pedissequis*“ | 2 sanctificationem $\beta\mu\xi$ | 2 *fin* illius $\beta\mu$ | 3 conreversus ξ | 4 subsilierunt $\beta\mu\xi\varphi$ | 4 aerietes *R* | 4 *ad* gregis *S* ovium | 5 quid est tibi *WZ* | 5 *pro* quia *priori* $\beta\mu$ quod | 5 quia *alterum* $\xi\varphi$*GRWZ duo codices Vallarsii*, > $\beta\mu$ | 6 subsultastis $\beta\mu\xi\varphi$, exsultastis *duo codices Vallarsii* | 6 et > $\beta\mu\xi\varphi$*RWZ* | 6 filii > G^1 | 6 *ad* gregis *S* ovium | 7 contremiscat *B*, contremescet *R*, contremiscet *WZ*, contremiscit $\beta\mu\varphi$ | 8 silicem $\beta\mu\xi\varphi$*RWZ* | 9 *cum* 8 *conectunt* $\beta\mu\xi\varphi$ *GRWZ* | 10 *ad* ne *S* quare

caelo: universa quae voluit, fecit. [12] idola gentium argentum et aurum, opus manuum hominum. [13] os habent, et non loquentur: oculos habent, et non videbunt: [14] aures habent, et non audient: nasum habent, et non odorabunt: [15] manus habent, et non palpabunt: pedes habent, et non ambulabunt: nec sonabunt in gutture suo. [16] similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis. [17] Israhel confidet in domino: auxiliator et protector eorum est. [18] domus Aaron confidet in domino: auxiliator et protector eorum est. [19] timentes dominum confidunt in domino: auxiliator et protector eorum est [20] dominus recordatus nostri benedicet: benedicet domui Israhel: benedicet domui Aaron: [21] benedicet timentibus dominum, parvis et magnis. [22] addat dominus super vos, super vos et super filios vestros. [23] benedicti vos domino, qui fecit caelos et terram. [24] caelum caelorum domino, terram autem dedit filiis hominum. [25] non mortui laudabunt dominum nec omnes qui descendunt in silentium: [26] sed nos benedicimus domino, a modo et usque in aeternum.

116

113 [1] Alleluia. Dilexi, quoniam audies, domine, vocem deprecationis meae. [2] inclinavit aurem suam mihi, et in diebus meis invocabo. [3] circumdederunt me funes mortis, et munitiones inferni invenerunt me. angustiam et dolorem repperi, [4] et nomen domini invocavi. obsecro, domine, salva animam meam. [5] clemens dominus et iustus, et deus noster misericors. [6] custodit parvulos dominus: attenuatus sum, et salvavit me. [7] re-

12 *ad* gentium *S* eorum | 12 manuum > *Z* | 13 loquetur *R* | 13 oculus G^1 | 14 odorabuntur *R* | 15 nec *ξφχGRWZ*, non *βμ* | 15 t *prior vocis* gutture *in litura G* | 16 et > *RWZ* | 17 *et* 18 confidet *DGRWZ*, confidit *βμξφ* | 19 auxiator *R* | 20 *post* recordatus + est *ξφD* | 20 *post* nostri + et *ξD* | 22 et > *RWZ* | 23 *post* vos + a *βμξφ*R^1 | 23 cęlos *G*, caelum *βξ*, coelum *μφ* | 25 discendunt *R* | 26 benedicemus *ξφRWZ* | 26 et > *RWZ* | 26 *fin* + alleluia *βμ*, + halleluia *φ contra BGRWZ* | 1 *cum* 115 *conectunt βμ* | 1 alleluia *DGRWZ*, halelu ia *ξ*, > *βμφ* | 1 *post* alleluia + vox christi est *R* | 1 exaudies *tres codices Gallorum ξ*, exaudivit *KM*, exaudiet *βμφ*, audiet *χ* | 1 dominus *βμφKM*: domine *etiam tres codices Gallorum* | 2 *praemittunt* quoniam *βμ* | 2 invocavi *D* | 3 mutiones G^1 | 4 et > *RWZ* | 4 invocabo *βμ* | 4 salva *βμG*, libera *ξφRWZ*, eripe *S* | 5 dominus > *RWZ* | 3 *ad* misericors *S* pius | 6 salvabit *R*

vertere, anima mea, in requiem tuam, quia dominus reddet tibi, [8]quia eruet animam meam de morte, oculos meos a lacrimis, pedes meos ab offensa. [9]deambulabo coram domino in terris viventium. alleluia.

[1]Credidi, propter quod locutus sum: ego adflictus sum 114
nimis. [2]ego dixi in stupore meo „omnis homo mendacium“. [3]quid reddam domino pro omnibus quae tribuit mihi? [4]calicem salutis accipiam, et nomen domini invocabo. [5]vota mea domino reddam coram omni populo eius. [6]gloriosa in conspectu domini mors sanctorum eius. [7]obsecro, domine, quia ego servus tuus, ego servus tuus, filius ancillae tuae. dissolvisti vincula mea, [8]tibi immolabo hostiam laudis, et in nomine domini invocabo. [9]vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius: [10]in atriis domus domini, in medio tui, Hierusalem. alleluia.

117

[1]Laudate dominum, omnes gentes, conlaudate eum, uni- 115
versi populi: [2]quia confortata est super nos misericordia eius, et veritas domini manet in aeternum. alleluia.

118

[1]Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in aeternum 116
misericordia eius. [2]dicat nunc Israhel quoniam in aeternum misericordia eius. [3]dicat nunc domus Aaron quoniam in

7 animam meam R^1 | 8 meam $>$ D | 8 meos *prius* $>$ R^1 | 9 alleluia $>$ $\beta\mu\xi\varphi R$ *neque de GWZ certum utrum* alleluia *huc an ad sequentis psalmi initium pertineat* | 1 *praemittit* alleluia D *novi psalmi initium*, alleluia vox pauli apostoli R. *cum praecedentibus eodem quo ego modo conectit* φ | 1 *ad* propter S quia | 1 loquutus G | 1 *post* ego + autem ξ | 1 afflictus WZ | 2 me R | 2 *fin* mentitur S | 3 retribuit $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 4 salutis χGR, salutaris $\beta\mu\xi\varphi WZ$ | 5 domino $>$ RWZ | 5 coram coram WZ [*sic*] | 6 praetiosa in oculis domini S | 6 *ad* sanctorum S misericordium | 7 *ante* filius + et Z | 7 desolvisti RWZ | 8 *ad* laudis S confessionis | 10 atris R | 10 tui $>$ D | 10 alleluia *ad seqq pertinere videtur in GWZ*, $>$ ξR, halleluia φ | 1 *cum* 116 *conectunt* $\beta\mu$ | 1 *praemittit* halelu ia ξ, alleluia vox apostolorum R | 1 collaudate $\beta\mu\xi\varphi$, et laudate D | 1 *ad* populi S plebes | 2 confirmata D | 2 manet DG, $>$ $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 2 alleluia *utrum huc an ad* 118 *pertineat in codicibus nescio*, $>$ ξR, halleluia φ | 1 *cum* 117 *conectunt* $\beta\mu$ | 1 *praemittit* halelu ia ξ, alleluia vox christi de se dicentis R | 1 *ad* aeternum S saeculum. *ita* 2 3 4 | 2 *ad* nunc S obsecro. *ita* 3 4 | 2 misecordia G

aeternum misericordia eius. [4] dicant nunc qui timent dominum quoniam in aeternum misericordia eius. [5] cum tribularer, invocavi dominum, et exaudivit me in latitudine dominus. [6] dominus meus es, non timebo: quid faciat mihi homo? [7] dominus mihi auxiliator, et ego despiciam odientes me. [8] melius est sperare in domino quam sperare in homine. [9] melius est sperare in domino quam sperare in principibus. [10] omnes gentes circumdederunt me, et in nomine domini ultus sum eas. [11] circumdederunt me et obsederunt me, set in nomine domini ultus sum eas. [12] circumdederunt me quasi apes: extinctae sunt quasi ignis spinarum, in nomine domini, quia ultus sum eas. [13] inpulsus pellabar ut caderem, et dominus sustentavit me: [14] fortitudo mea et laus mea dominus, et factus est mihi in salutem. [15] vox laudis et salutis in tabernaculis iustorum: dextera domini fecit fortitudinem. [16] dextera domini excelsa, dextera domini fecit fortitudinem. [17] non moriar, sed vivam, et narrabo opera domini. [18] corripiens arguit me dominus, et morti non tradidit me. [19] aperite mihi portas iustitiae, ingressus eas confitebor domino. [20] haec est porta domini: iusti intrabunt in eam. [21] confitebor tibi quoniam exaudisti me et factus es mihi in salutem. [22] lapis quem reprobaverunt aedificantes, factus est in caput anguli. [23] a domino factum est istud, et hoc est mirabile in oculis nostris. [24] haec est dies quam fecit dominus: exultemus et laetemur in ea. [25] obsecro, domine, salva: obsecro: obsecro, domine, prosperare: obsecro. [26] benedictus qui venit in nomine domini. benediximus vobis de domo domini. [27] deus dominus, et apparuit no-

4 nunc > *G* | 6 es *ξφGRW*, est *χ*, > *βμ* | 7 inter auxiliatores *S* | 7 dispiciam *R*, aspiciam *S* | 8 9 *ad* sperare *prius S* confidere | 10 et > *βμ* | 10 *ante* ultus + quia *βμ contra φDGRWZ* | 10 *fin* contrivi eas *S* | 10 *fin* eos *DW*[1], in eas *βμ* | 11 set *Lagarde*, et *G*[1], sed *βμξφ G*[2]*RWZ* | 11 *ante* ultus + quia *βμφ contra ξDGRWZ* | 11 12 *fin* contrivi eas *S* | 11 12 *fin* in eas *βμ* | 13 inpullus *G*[1] | 13 pellabar *G*, pellebar *βμξφRWZ* | 13[2] et dominus auxiliatus est mihi *S* | 14 laudatio *ξφRWZ* | 15 fecit > *R* | 15 *fin* virtutem *S* | 16 *fin* virtutem *SWZ* | 18 *init* castigans castigavit *S* | 19 iustitaę *G* | 19 ingresus *R* | 19 *ante* eas + in *βμ* | 20 est > *βμξφRWZ* | 21 *post* tibi + domine *R*[1] | 22 lapis *χG*, lapidem *βμξφRWZ* | 22 in > *R*[1] | 23 factus *G*[1] | 23 istut *R* | 23 est *alterum* > *χ* | 24 est > *R*[1] | 25 obsecro *secundum* > *ξ* | 25 *ante* prosperare + et *RWZ* | 25 obsecro *quartum* > *WZ* | 27 *ad* apparuit no-

bis: frequentate sollemnitatem in fronduosis usque ad cornua altaris. [28] deus meus es tu, et confitebor tibi: deus meus es tu, et exaltabo te. [29] confitebor domino quoniam bonus, quoniam in aeternum misericordia eius.

119

[1] Alleluia. Beati inmaculati in via, qui ambulant in lege 117
domini. [2] beati qui custodiunt testimonia eius, in toto corde requirent eum. [3] nec enim qui operantur iniquitatem in viis eius ambulaverunt. [4] tu mandasti praecepta tua custodiri nimis. [5] utinam dirigantur viae meae ad custodienda praecepta tua. [6] tunc non confundar, cum respexero ad omnia mandata tua. [7] confitebor tibi in directione cordis, cum didicero iudicia iustitiae tuae. [8] praecepta tua custodiam: ne derelinquas me nimis. [9] in quo corrigit iuvenis semitam suam? cum custodierit verba tua. [10] in toto corde meo exquisivi te: ne errare me facias a mandatis tuis. [11] in corde meo abscondi eloquium tuum, ut non peccem tibi. [12] benedictus tu, domine: doce me praecepta tua. [13] in labiis meis narravi omnes iustitias oris tui. [14] in via testimoniorum tuorum laetatus sum quasi in omnibus divitiis. [15] in praeceptis tuis meditabor, et contemplabor semitas tuas. [16] in iustitiis tuis delectabor: non obliviscar verba tua. [17] tribue servo tuo ut vivam, et custodiam verba tua. [18] revela oculos meos, et videbo mirabilia in lege tua. [19] advena ego sum in terra: ne abscondas a me

S illuxit | 27 *ad* frequentate *S* obligate | 27 solemnitatem *W* | 27 o *altera vocis* fronduosis *prima manu in litura G*, frondosis *βμξφ* | 27 cornu *G* | 29 domine *Z* | 29 *ad* aeternum *S* saeculum | 1 *cum praecedd conectunt βμ* | 1 alleluia *DGRWZ*, halelu ia *ξ*, > *βμφ* | 1 *post* alleluia + vox christi ad patrem et apostolorum de adversario et de iudęis et de passione sua et de adventu suo et de iudicio eius et regnoialeph *R. literarum hebraicarum nomina me missa facere iam supra dixi: hoc loco* aleph *cum praecedentibus conexum omittere non poteram. in archetypo erat* regno I aleph | 2 requirent *χG*, requirunt *βμξφRWZ* | 3 *init* non *βμ* | 4 custodire *G* | 5 custodiendam prȩcepta *G* | 9 *praemittit* vox novelli populi et iuvenum credentium in deum *R* | 9^1 mundabit puer *S* | 9^2 ut custodiat *S* | 10 exquisi *R* | 10 me > *G* | 11 eloquia tua *ξφRWZ* | 12 *ante* tu + es *χ* | 13 omnia iudicia *S* | 14 laetatus *βμG*, delectatus *ξφWZ*, dilectatus *R*, gavisus *S* | 16^1 praeceptis *S* | 16 dilectabor *R* | 17 retribue *φ* | 17 ut *DG*, > *βμξφRWZ* | 17 viam *RWZ* | 18 aspiciam *S* | 18 in *χG*, de *βμξφRWZ* | 19^2 praecepta *S*

mandata tua. [20] desideravit anima mea desiderare iudicia tua in omni tempore. [21] increpasti superbos: maledicti qui recedunt a mandatis tuis. [22] aufer a me obprobrium et contemptum, quoniam testimonia tua custodivi. [23] etenim sedentes principes adversum me loquebantur, servus autem tuus meditabatur praecepta tua. [24] sed et testimonia tua voluntas mea, quasi viri amicissimi mei. [25] adhaesit pulveri anima mea: vivifica me iuxta verbum tuum. [26] vias meas exposui, et exaudisti: doce me iustitiam tuam. [27] viam praeceptorum tuorum fac me intellegere, et loquar in mirabilibus tuis. [28] destillavit anima mea prae stultitia: serva me iuxta eloquium tuum. [29] viam mendacii aufer a me, et legem tuam dona mihi. [30] viam fidei elegi: iudicia tua proponebam. [31] adhaesi testimoniis tuis: domine, ne confundas me. [32] viam mandatorum tuorum curram, quoniam dilatasti cor meum. [33] ostende mihi, domine, viam praeceptorum tuorum, et custodiam eam per vestigium. [34] doce me, et observabo legem tuam: et custodiam eam in toto corde. [35] deduc me in semita mandatorum tuorum, quia ipsam volui. [36] inclina cor meum in testimonia tua, et non in avaritiam. [37] averte oculos meos, ne videant vanitatem: in via tua vivifica me. [38] suscita servo tuo eloquium tuum in timorem tuum. [39] averte obprobrium meum, quod reveritus sum iudicia tua bona. [40] ecce desideravi praecepta tua: in iustitia tua vivifica me. [41] et veniant mihi misericordiae tuae, domine, et salus tua iuxta eloquium tuum. [42] et respondebo exprobrantibus mihi sermonem quia speravi

20[1] meditari anima mea desideravit *S* | 21 malecdicti *R* | 22 custodivi *βμξφG*, exquisivi *RWZ* | 23 sedentes *ξBDG sed* ntes *in litura G*, sederunt *βμφ RWZ* | 23 eloquebantur *R* | 23 meditabatur in praeceptis tuis *NS* | 24 voluptas *B*, delectatio *S* | 24 *ad* viri *S* consilii | 25 *fin* meum *R* | 26[1] narravi *S* | 26 *post* exaudisti + me *βμξφ contra χGR WZ* | 26 *fin* praecepta tua *S* | 27[1] peccatorum *R*, mandatorum *S* | 28 distillavit *βμξφ* | 28 *ad* serva *S* confirma | 29 *fin* miserere mei *S* | 30 praeponebam *WZ* | 33 *init* illumina me *S* | 34 *fin* + meo *Z*, *serius deletum* | 35 praeceptorum *S* | 36 ad testimonia *βμξφRWZ* | 36 in avaritiam *G*[1], ad avaritiam *βμξφ*[-ci-]*G*[2]*WZ*, avaritiam *omissa praepositione R* | 38 39 40 *prima manu in margine inferiori WZ* | 38 timore tuo *Z* | 39 *ante* iudicia + quia *βμξφ contra χGRWZ* | 40[1] mandata *S* | 40[2] tua > *R* | 41 veniat *Z* | 41 pietates tuae *NS* | 42 exprobranti mihi sermonem *NS* | 42 exprobarantibus *R*[1]

in sermone tuo. [43] et ne avertas de ore meo verbum veritatis usque nimis, quoniam iudicia tua expectavi. [44] et custodiam legem tuam iugiter, in sempiternum et ultra. [45] et ambulabo in spatioso, quia praecepta tua quaesivi. [46] et loquar in testimoniis tuis coram regibus, et non confundar. [47] et delectabor in mandatis tuis, quae dilexi. [48] et levabo manus meas ad mandata tua, quae dilexi et loquebar in praeceptis tuis. [49] memento sermonis servo tuo, quem me sperare fecisti. [50] haec est consolatio mea in adflictione mea quia eloquium tuum vivificavit me. [51] superbi deridebant me nimis: a lege tua non declinavi. [52] recordatus sum iudiciorum tuorum a saeculo, domine, et consolatus sum. [53] horror obtinuit me ab impiis, qui dereliquerunt legem tuam. [54] carmina erant mihi praecepta tua in domo peregrinationis meae. [55] recordatus sum in nocte nominis tui, domine, et custodivi legem tuam. [56] hoc factum est mihi, quia praecepta tua custodivi. [57] pars mea, domine, dixi „custodiam verbum tuum“. [58] deprecatus sum vultum tuum in toto corde: miserere mei secundum eloquium tuum. [59] recogitavi vias meas, et converti pedes meos ad testimonia tua. [60] festinavi et non neglexi custodire mandata tua. [61] funes impiorum inplicaverunt me: legem tuam non sum oblitus. [62] medio noctis surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tuae. [63] particeps ego sum omnium timentium te, et custodientium praecepta tua. [64] misericordia tua, domine, conpleta est terra: praecepta tua doce me.

43 avertas *DG*, auferas *βμξφRWZ* | 44 in saeculum et ultra *NS* | 45 ambulalo *G* | 45 mandata tua quaesivi *NS* | 46 loquebar *DZ „plerique alii editi latini libri“ apud Vallarsium* | 46 regebus *R* [*sero corr*], regum *WZ* | 47 dilectabor *RWZ* | 47 in praeceptis tuis *NS* | 48 levavi *RWZ* | 48 palmas meas *NS* | 48 loquebar *DGRWZ „plerique alii editi latini libri“ apud Vallarsium*, loquar *βμξφ* | 50 afflictione *Z* | 52 suorum *R* | 53 obtenuit *W* [*Z ut edidi*], ettenuit *R* | 53 quia *RWZ* | 53 dereliquærunt *R* | 54 mihi > *G* | 55 tui domine *βμξφG*, domini *RWZ* | 55 custodiam *RWZ* | 56 quia mandata tua *NS* | 57 mea > *RWZ* | 57 ut custodiam verba tua *NS* | 57 *post* dixi + ut *βμξφRWZ* | 58 *post* corde + meo *RWZ* | 59 convertisti *RW* [*Z ut edidi*] | 60 festinavi et non tardavi *NS* | 61 implicaverunt *GWZ*^{2}, implicuerunt *Z*^{1} | 62 media nocte surgebam *NS* | 62 surgam *βμξφRWZ* | 62 iustificationis *χG*, iustitiae *βμξ*[-e]*φ*[-ci-]*RWZ* | 63 sum ego *φ* | 63 et custodientium mandata tua *NS* | 64 domine > *ξRWZ* | 64 completa *RW*, cōpleta *Z* | 64^2 tua > *RWZ*

[65] bene fecisti cum servo tuo, domine, secundum verbum tuum. [66] bonum sermonem et scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi. [67] ante quam audirem ego ignoravi, nunc autem eloquium tuum custodivi. [68] bonus tu et beneficus: doce me praecepta tua. [69] adplicabant mihi mendacium superbi, ego autem in toto corde servabam praecepta tua. [70] incrassatum est velut adeps cor eorum, et ego in lege tua delectabar. [71] bonum mihi quia adflictus sum, ut discerem praecepta tua. [72] melior est mihi lex oris tui super milia auri et argenti. [73] manus tuae fecerunt me et firmaverunt me: doce me et discam mandata tua. [74] qui timent te videbunt me, et laetabuntur quia sermonem tuum expectavi. [75] scio, domine, quia iustum iudicium tuum, et vere adflixisti me. [76] sit obsecro misericordia tua in consolatione mea, sicut locutus es servo tuo. [77] veniant mihi misericordiae tuae, et vivam, quia lex tua delectatio mea. [78] confundantur superbi, quoniam inique contriverunt me: ego autem loquar in praeceptis tuis. [79] revertantur ad me qui timent te et qui sciunt testimonium tuum. [80] fiat cor meum perfectum in praeceptis tuis, ut non confundar. [81] defecit in salutare tuum anima mea: verbum tuum expectavi. [82] consumpti sunt oculi mei in verbum tuum, dicentes „quando cónsolaberis me?“. [83] et cum essem quasi uter in pruina, praecepta tua non sum oblitus. [84] quot sunt dies servi tui? quando facies in persequentibus me iudicium? [85] foderunt

65 cum > $\xi\varphi RWZ$ | 66 bonum saporem *NS* | 66 *pro* sermonem *D* sapere | 66 *pro* et *R* ut | 66 quia praeceptis tuis credidi *NS* | 67 antequam humiliarer *NS* | 68 *post* bonus + es $\beta\mu\varphi RWZ$ | 68 beneficiis *WZ* | 69 applicabant *Z*, applicaverunt *NS* | 69 servabo mandata tua *NS* | 69 deservabam R^1 | 70 velud adips *R*, velud *etiam* Z^1 | 70 eorum $\beta\mu\xi\varphi G$, meum *RWZ* | 70 dilectabar *R*, delectabor *WZ*, delectatus sum *NS* | 71 *ante* mihi + est χ | 71 afflictus *GZ* | 71 discederem *R* | 73 me *secundum* > χ | 73 *pro* firmaverunt ξ plasmaverunt | 73 et *alterum* > *RWZ* | 73 praecepta tua *NS* | 74 *init* quia φ | 75 iusta iudicia tua *NS* | 75 afflixisti *Z* | 76 obsecratio *WZ* | 76 secundum eloquium tuum cum servo tuo *NS* | 77 delectationes meae *NS* | 77 dilectatio *R*, meditatio *B* | 78 quoniam mendaciter iniquitatem fecerunt in me *NS* | 80 perrectum *RWZ* | 81 defecit in salutari tuo *S* | 81 *ante* verbum + in $\beta\mu\varphi RWZ$ *contra* ξG „*manuscriptos*“ *Gallorum* | 82 consum▒ti *Z* | 82 in eloquium tuum *S* | 83 quia factus sum sicut uter in fumario *S* | 84 des R^1

mihi superbi foveas, quae non erant iuxta legem tuam. [86] omnia mandata tua vera: falso persecuti sunt me, auxiliare mihi. [87] paulo minus consumpserunt me in terra, ego autem non dimisi praecepta tua. [88] secundum misericordiam tuam vivifica me, et custodiam testimonium oris tui. [89] in aeternum, domine, verbum tuum perstat in caelo. [90] in generatione et generatione fides tua: fundasti terram, et stat. [91] iudicio tuo stant usque hodie, quia omnia serviunt tibi. [92] nisi quod lex tua delectatio mea, forte perissem in pressura mea. [93] in sempiternum non obliviscar praeceptorum tuorum, quia per ipsa vivificasti me. [94] tuus ego sum, salva me, quoniam praecepta tua quaesivi. [95] me expectaverunt impii ut perderent me: testimonium tuum considerabo. [96] omni consummationi vidi finem: latum mandatum tuum nimis. [97] quam dilexi legem tuam: tota die haec meditatio mea. [98] super inimicos meos instruis me mandata tua, quia in sempiternum hoc est mihi. [99] super omnes qui docebant me eruditus sum, quia testimonia tua meditatio mea. [100] super senes intellexi, quia praecepta tua servavi. [101] ab omni semita mala prohibui pedes meos, ut custodiam verba tua. [102] a iudiciis tuis non recessi, quia tu inluminasti me. [103] quam dulce gutturi meo eloquium tuum, super mel ori meo. [104] praecepta tua considerabam, propterea odivi omnem semitam mendacii. [105] lucerna pedi meo verbum tuum, et lux semitae meae. [106] iuravi (et perseverabo) ut custodiam iudicia iustitiae tuae. [107] adflictus sum usque nimis: domine, vivifica me iuxta verbum tuum. [108] voluntaria oris mei conplaceant tibi, domine, et secundum iudicia tua doce me.

88 sæcundum *R* | 88 tuam tuam *Z* | 88 testimonium $\xi\varphi DGR$, testimonia $\beta\mu WZ$ | 89 *ad* aeternum *S* saeculum | 89 perstat verbum tuum *D*, verbum tuum permanet $\beta\mu$ | 90 et generatio *R* | 91 quia omnes servi tui *S* | 92 dilectatio *R* | 92 perijssem ξ | 92 præssura *R* | 94 cepta G^1 | 95 consideravi *WZ* | 96 omni consummationi vidi finem *S* | 96 omnis consummationis $\beta\mu\xi\varphi$ | 96^2 praeceptum *S* | 97 haec $> \varphi$ | 98 super inimicos meos instruunt me mandata tua *S* | 98 instruis me mandata tua *DG*, instruis me mandato tuo φRW [mandato tuo *prima manu in litura W*]*Z*, instruxisti me mandato tuo $\beta\mu\xi$ | 101 custodiam χG, custodirem $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 102 illuminasti *Z* | 103 t *prior vocis* gutturi *in litura G* | 106 iuravi et statui *S* | 106 *pro* ut *R* et | 107 afflictus *G*, affilictus *Z* | 108 complaceant tibi obsecro domine *S* | 108 cōplaceant *W*, complaceant *Z*

[109] anima mea in manu mea semper, et legis tuae non sum oblitus. [110] posuerunt impii laqueum mihi, et a praeceptis tuis non aberravi. [111] hereditas mea testimonia tua in sempiternum, quia gaudium cordis mei sunt. [112] inclinavi cor meum ut facerem iustitias tuas propter aeternam retributionem. [113] tumultuosos odivi, et legem tuam dilexi. [114] protectio mea et scutum meum tu es: verbum tuum expectavi. [115] recedite a me, maligni, et custodiam mandata dei mei. [116] confirma me secundum verbum tuum, et vivam, et noli me confundere ab expectatione mea. [117] auxiliare mihi, et salvus ero, et delectabor in praeceptis tuis iugiter. [118] abiecisti omnes qui aversantur praecepta tua, quia mendax cogitatio eorum. [119] quasi scoriam conputasti omnes impios terrae, propterea dilexi testimonia tua. [120] horripilavit a timore tuo caro mea, et iudicia tua timui. [121] feci iudicium et iustitiam: ne derelinquas me his qui calumniantur me. [122] sponde pro servo tuo in bonum, ne calumnientur me superbi. [123] oculi mei defecerunt in salutare tuum et in eloquium iustitiae tuae. [124] fac cum servo tuo iuxta misericordiam tuam, et praecepta tua doce me. [125] servus tuus ego: instrue me, et cognoscam testimonia tua. [126] tempus est ut facias, domine: praevaricati sunt legem tuam. [127] propterea dilexi mandata tua super aurum et topazion. [128] propterea in universa praecepta tua direxi, omnem semitam mendacii odio habui. [129] mirabilia testimonia tua: idcirco custodivit ea anima mea. [130] ostium sermonum tuorum lucidum: doce parvulos. [131] os meum aperui et respiravi, quia mandata tua desiderabam. [132] respice ad me et miserere mei iuxta iudicium diligentium nomen tuum. [133] gres-

109 in palma mea *S* | 111 tua > *RWZ* | 111 sunt > G^1 | 116 secundum eloquium tuum „*vel*“ secundum iudicium tuum *S* | 116 secundum *R* | 117 sustenta me „*etc*“ *S* | 117 dilectabor *R* | 118 aversantur $\beta\mu\varphi G^2$, adversantur $\xi G^1 RWZ$ | 118 congregatio *D* | 119 computasti *W*, cōputasti *Z* | 121 ijs ξ | 122 pro servum tuum in bono *RWZ*, pro servo tuo in bono *S* | 122 bono ξ | 122 calumniantur G^1 | 123 *post* eloquium + tuum *R* | 125 *ante* ego + sum $\beta\mu\xi\varphi$ | 126 tempus faciendi domine vacare fecerunt legem tuam *S* | 127 topazium $\beta\mu\varphi$, topaziom *R.* z *prima manu in litura G* | 128 propterea universa mandata tua dilexi *S* | 128 *pro* in χ ad | 128 semita *R* | 128 hodio *G*, h *linea tenuissima inducta* | 129 idcorco *G*, ideo ξ | 130 docens $\beta\mu\varphi$, docet χ | 131² praecepta *S* | 132 misere *G*

sus meos confirma in sermone tuo, et non des potestatem in me universae iniquitati. [134] redime me a calumniis hominum, ut custodiam praecepta tua. [135] vultum tuum ostende servo tuo, et doce me praecepta tua. [136] rivi aquarum fluebant de oculis meis, quia non custodierunt legem tuam. [137] iustus es, domine, et rectum iudicium tuum. [138] praecepisti iustitiam testimonii tui et veritatem tuam nimis. [139] consumpsit me zelus meus, quia obliti sunt verborum tuorum hostes mei. [140] probatus sermo tuus nimis, et servus tuus dilexit illum. [141] parvulus ego sum et contemptibilis, sed praecepta tua non sum oblitus. [142] iustitia tua iustitia sempiterna, et lex tua veritas. [143] tribulatio et angustia invenerunt me: mandata tua voluntas mea. [144] iusta testimonia tua semper: doce me, et vivam. [145] clamavi in toto corde, exaudi me, domine: praecepta tua custodiam. [146] invocavi te, salvum me fac, et custodiam testimonia tua. [147] surgebam adhuc in tenebris et clamabam, verbum tuum expectans. [148] praeveniebant oculi mei vigilias, ut meditarer in sermonibus tuis. [149] vocem meam audi iuxta misericordiam tuam, domine, et secundum iudicium tuum vivifica me. [150] adpropinquaverunt persecutores mei sceleri, et a lege tua procul facti sunt. [151] prope es tu, domine, et omnia mandata tua veritas. [152] a principio novi de testimoniis tuis quod in aeternum fundaveris ea. [153] vide adflictionem meam et eripe me, quia legis tuae non sum oblitus. [154] iudica causam meam et redime me, in sermone tuo vivifica me. [155] longe ab impiis salus, quia praecepta tua non quaesierunt. [156] mise-

133 confirma χG, firma $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 133 in *prius* $>$ RWZ | 133 eloquio S | 133 in me $>$ RWZ | 134 redeme R | 134 calumniis GWZ, calumnis R, calumnia $\beta\mu\xi\varphi D$ | 134 hominum $\xi\varphi DGWZ$, hominis $\beta\mu R$ | 134 ut $DGRWZ$, et $\beta\mu\xi\varphi$ | 134 mandata S | 135 vultum tuum illumina super servum tuum S | 137 iustus tu domine et recta iudicia tua S | 138 iustitiam $>$ WZ | 138 tuam $\xi\varphi DG$, $>$ $\beta\mu RWZ$ | 140 probatum eloquium tuum ..... dilexit illud S | 140 illud WZ | 142 veritas $\beta\mu\xi\varphi G^2$ RWZ, equitas G^1 | 144 *ad* semper S saeculum | 147 surgebam adhuc in tenebris et deprecabar S | 148 mei $>$ RWZ | 148 ut meditarer in eloquiis tuis S | 149 exaudi $\beta\mu\varphi$ | 149 et $>$ $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 149 secundum iudicia tua S | 150 appropinquaverunt G^2Z | 150 mei $>$ NQ, *habent etiam* FM | 150 sceleris $\beta\mu FMNQR^1$, usque scelus D | 151 praecepta tua veritas S | 153 afflictionem GWZ | 154 redeme R | 154 in $>$ RWZ

ricordiae tuae multae, domine: iuxta iudicia tua vivifica me. [157] multi qui persecuntur me et adfligunt me: a testimoniis tuis non declinavi. [158] vidi praevaricatores tuos, et moerebam quia verbum tuum non custodierunt. [159] vide quoniam praecepta tua dilexi, domine: iuxta misericordiam tuam vivifica me. [160] caput verborum tuorum veritas, sempiternum omne iudicium iustitiae tuae. [161] principes persecuti sunt me sine causa, verba autem tua timuit cor meum. [162] gaudens ego sum in eloquio tuo sicut qui invenit spolia multa. [163] mendacium odio habui et detestatus sum, legem autem tuam dilexi. [164] septies in die laudavi te super iudiciis iustitiae tuae. [165] pax multa diligentibus legem tuam, et non est illis scandalum. [166] expectavi salutare tuum, domine, et mandata tua feci. [167] custodivit anima mea testimonia tua, et dilexi ea nimis. [168] custodivi praecepta tua et testimonia tua, quia omnes viae meae in conspectu tuo. [169] ingrediatur laus mea coram te, domine: secundum verbum tuum doce me. [170] veniat deprecatio mea ante vultum tuum: secundum eloquium tuum libera me. [171] fundant labia mea ymnum: docebis enim me praecepta tua. [172] loquetur lingua mea sermonem tuum, quia omnia mandata tua iusta. [173] sit manus tua auxiliatrix mea, quia praecepta tua elegi. [174] desideravi salutare tuum, domine, et lex tua voluntas mea. [175] vivet anima mea et laudabit te, et iudicia tua auxiliabuntur mihi. [176] erravi quasi ovis perdita: quaere servum tuum, quia mandatorum tuorum non sum oblitus.

120

118 [1] Canticum graduum. Ad dominum in tribulatione mea

156 miserationes tuae *S* | 157 multi persequutores mei et afflictores mei *S* | 157 affligunt *GWZ* | 158 praevaricatores et moerebam *S* | 158 merebam *GRWZ* | 158 qui *WZ* | 159 vidi *G* | 160 caput verbi tui veritas et in saeculum „*etc*“ *S* | 160 *ante* sempiternum + et in *βμξφ*, + et *RWZ* | 163 autem *ξχGRWZ*, > *βμφ* | 165 *ante* illis + in *ξRWZ* | 165 scandulum *W* | 166 et praecepta tua feci *S* | 166 tua > *RWZ*^{2} | 167 dilexit *βμφWZ sed verba* et dilexit ea *in litura Z* | 168 custodivit Z^1 | 168 coram te *S* | 169 *init* appropinquet *S* | 169 in conspectu tuo *S* | 170 depraecatio *R* | 171 fundent *ξ* | 172 respondebit lingua mea eloquium tuum *S* | 172 loquatur *B* | 172 omnia eloquia tua iusta *S* | 173 mandata tua elegi *S* | 174 et lex tua delectatio mea *S* | 176 praeceptorum *S* | 1 *post* graduum + vox christi ecclesiae *R* | 1 in *βμξφG*, cum *RWZ* |

clamavi, et exaudivit me. [2] domine, libera animam meam a labio mendacii, lingua dolosa. [3] quid detur tibi aut quid adponatur tibi ad linguam dolosam? [4] sagittae potentis acutae cum carbonibus iuniperorum. [5] heu mihi quia peregrinatio mea prolongata est, habitavi cum tabernaculis Cedar. [6] multum peregrinata est anima mea cum odientibus pacem. [7] ego pacifica loquebar, et illi bellantia.

121

[1] Canticum graduum. Levavi oculos meos ad montes: 119
unde veniet auxilium mihi? [2] auxilium meum a domino, factore caeli et terrae. [3] non det in commotionem pedem tuum, nec dormitet qui custodit te. [4] ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israhel. [5] dominus custodiet te, dominus protectio tua super manum dexteram tuam. [6] per diem sol non percutiet te neque luna per noctem. [7] dominus custodiet te ab omni malo: custodiat animam tuam. [8] dominus custodiat exitum tuum et introitum tuum a modo usque in aeternum.

122

[1] Canticum graduum. Laetatus sum eo quod dixerint 120
mihi „in domum domini ibimus". [2] stantes erant pedes nostri in portis tuis, Hierusalem. [3] Hierusalem, quae aedificaris ut civitas cuius participatio eius simul. [4] quia ibi ascenderunt tribus, tribus domini, testimonium Israhel ad confitendum nomini domini. [5] quia ibi sederunt sedes in iudicio, sedes domui David. [6] rogate pacem Hierusalem: sit bene his qui diligunt te. [7] sit pax in muris tuis, abundantia in domibus tuis.

2 lingua *G*, a lingua *βμξφRWZ*, et lingua *χ* | 3 apponatur *GWZ* | 3 a lingua dolosa *D*, lingua dolosa *omissa praepositione FNQ* | 4 potentes *RWZ* | 5 hei *ξ*, haeu *G*, heum *R* | 6 peregrinata *ABCDG*, peregrina *βμξφRWZ* | 6 cum *stichi initium faciunt RWZ* | 7 *fin* et illi debellabant ea *Augustinus in speculo* [*Benedictinorum*] | 1 *post* graduum + vox ecclesiae ad apostolos *R* | 1 ad *G*, in *βμξφRWZ* | 1 *fin* meum *ξ* | 3 commotione *R* | 3 neque *Z* | 4 neque obdormiet *D* | 4 custodiet *DG* | 5 custodit *βμξφWZ* | 6 percutet *W*, uret *ξ* | 7[1] custodit *ξφ*. et *vocis* custodiet *in litura W* | 8 *ante* usque + et *βμξφRWZ* | 1 gard *W* | 1 *post* graduum + david *βμφ*, + vox ecclesiae ad apostolos *R* | 1 *ante* eo + in *χFM* | 1 dixerunt *FM* | 3 aedificaris *DG*, aedificatur *βμξφRWZ* | 3 participartio *R* | 4 tribus *prius* > *R* | 5 sederunt sedis *RWZ* | 5 domus *χ* | 6 7 interrogate pacem jerusalem abundantia his qui diligunt te sit pax in virtute tua sit abundantia *„etc" FN. ita Q nisi*

[8] propter fratres meos et amicos meos loquebar pacem tibi.
[9] propter domum domini dei nostri quaeram bona tibi.

123

121 [1] Canticum graduum. Ad te levavi oculos meos, qui habitas in caelis. [2] ecce sicut oculi servorum ad manum dominorum suorum, sicut oculi ancillae ad manum dominae suae, sic oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri. [3] miserere nostri, domine, miserere nostri, quoniam multum repleti sumus despectione. [4] multum repleta est anima nostra obprobrium abundantium et despectione superborum.

124

122 [1] Canticum graduum. Nisi dominus fuisset in nobis, dicat nunc Israhel, [2] nisi dominus fuisset in nobis, cum exurgerent super nos homines, [3] forsitan vivos absorbuissent nos, cum irasceretur furor eorum super nos: [4] forsitan aquae circumdedissent nos, torrens transisset super animam nostram: [5] forsitan transissent super animam nostram aquae superbae. [6] benedictus dominus qui non dedit nos in praedam dentibus eorum. [7] anima nostra quasi avis erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, et nos liberati sumus. [8] auxilium nostrum in nomine domini, qui fecit caelum et terram.

125

123 [1] Canticum graduum. Qui confidunt in domino, quasi mons Sion. immobilis, in aeternum habitabilis [2] Hierusalem: montes in circuitu eius, et dominus in circuitu populi sui, a modo et usque in aeternum. [3] quia non requiescet virga im-

quod habet abundantiam his „*etc*“ | 6 ijs ξ | 8 loquar *βμξφRWZ* | 9 dei > *RWZ* | 1 *post* graduum + david *φ*, + vox christi ad patrem *R* | 2 sic *βμξφG*, sicut *RWZ* | 2 miseatur *W* | 3 quia *βμφZ* | 3 dispectione *R* | 4 opprobrium *ABCD*, opprobrio *βμξφ* | 4 dispectione *G*, dispectionis *R*, despectionis *WZ*, dispectio „*in recto*“ *ABCD* | 1 *pro* canticum graduum *Z* alleluia | 1 *post* graduum + david *βμφ*, + vox apostolorum *R* | 1 nobis ▲▲▲▲▲ *G* | 2 exsurgerent *GRW* [*Z ut ego*] | 3 obsorbuissent *RWZ* | 4 forsitan aquae inundassent super nos *FNQ* | 4 torrentem *RWZ* | 5 transisset *GWZ* | 5 superbiae *βμξ*[-e]*φW*[-ę]*Z* | 1 *post* graduum + vox ecclesię *R* | 1 immolabilis *R* | 1 immobilis in aeternum inhabitabilis jerusalem *speculum Augustini Benedictinorum*, non commovebitur in saeculum habitabit *N* „*et eius sequax*“ | 2 hierusalem *ad finem* 1 *referunt GRWZ* | 2 et *alterum* > *RWZ*[2] | 2 usquae *R*[1] | 3 requiescit *χRW* [*Z ut edidi*] | 3 virgam pietatis *W*, *ubi* m *satis re-*

pietatis super sortem iustorum, ut non mittant iusti in iniquitatem manus suas. [4] benefac, domine, bonis et rectis corde. [5] qui autem declinant ad pravitates suas, deducet eos dominus cum his qui operantur iniquitatem. pax super Israhel.

126

[1] Canticum graduum. Cum converteret dominus captivi- 124
tatem Sion, facti sumus quasi somniantes. [2] tunc implebitur risu os nostrum et lingua nostra laude. tunc dicent in gentibus „magnificavit dominus facere cum istis“. [3] magnificavit dominus facere nobiscum, facti sumus laetantes. [4] converte, domine, captivitatem nostram sicut rivum in austro. [5] qui seminant in lacrimis, in exultatione metent. [6] qui ambulans ibat et flebat, portans ad seminandum sementem, veniens veniet in exultatione, portans manipulos suos.

127

[1] Canticum graduum, Salomonis. Nisi dominus aedifica- 125
verit domum, in vanum laboraverunt qui aedificant eam: nisi dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam. [2] frustra vobis est de mane consurgere: postquam sederitis, qui manducatis panem dolorum, sic dabit diligentibus se somnum. [3] ecce hereditas domini filii, merces fructus ventris. [4] sicut sagittae in manu potentis, ita filii iuventutis. [5] beatus vir qui implevit pharetram suam ex ipsis: non confundentur cum loquentur inimicis suis in porta.

128

[1] Canticum graduum. Beati omnes qui timent dominum, 126

centi tempore radendo in in *mutatum*, virgā pietatis *Z* | 3 in inquitatem G^1, iniquitatem *RW* [*Z ut edidi*] | 5 ijs *ξ* | 1 *post* graduum + vox apostolorum de impiis iudęis et de infidelibus convertentibus se peccatis *R* | 1 converterit *FNQ* | 1 erimus *FNQ* | 2 magnificabit *GR* | 3 magnificabit G^1 | 3 *ante* laetantes + sicut *βμφ* | 4 domine > *W* [*non Z: de W e notatis non certus sum,* > *omisi*] | 4 rivum *ABCDG LP*, rivus *ξφMRWZ*, rivos *βμ* | 1 salomonis > *DRWZ*, salomoni *ξ*, solomoni *φ* | 1 *post* graduum + vox christi ad futuram ecclesiam *R* | 1 quia ędificant *R* | 1 vigilabit *B* | 2 est vobis *φ* | 2 consurgere *ξφχG RW²Z*, surgere *βμ* W^1 | 3 mercis *ξRWZ* | 4 iuventis *Z in rasura foedissima* | 5 faretram *RW* [*Z* = *G*] | 5 suis > *RW* [*non Z*] | 1 *post* graduum + de christo et de ecclesia dicit profeta *R* | 1 beati omnes qui timent *DGWZ*, beatus omnis qui timet *βμξφR*

qui ambulant in viis eius. [2]laborem manuum tuarum cum comederis, beatus tu, et bene tibi erit. [3]uxor tua sicut vitis fructifera in penetrabilibus domus tuae, filii tui sicut germina olivarum in circuitu mensae tuae. [4]ecce sic benedicetur viro qui timet dominum: [5]„benedicat tibi dominus ex Sion, et videas bona Hierusalem omnibus diebus vitae tuae, [6]et videas filios filiorum tuorum, pacem super Israhel“.

129

127 [1]Canticum graduum. Saepe expugnaverunt me ab adolescentia mea, dicat nunc Israhel: [2]saepe expugnaverunt me ab adolescentia mea: sed non potuerunt mihi. [3]super cervicem meam arabant arantes, prolongaverunt sulcum suum. [4]dominus iustus concidet laqueos impiorum. [5]confundantur et revertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion. [6]fiant sicut foenum tectorum, quod statim ut viruerit, arescet: [7]de quo non implebit manum suam messor, et sinum suum manipulos faciens, [8]de quo non dixerunt transeuntes „benedictio domini super vos, benediximus vobis in nomine domini“.

130

128 [1]Canticum graduum. De profundis clamavi ad te, domine: [2]domine, exaudi vocem meam, fiant aures tuae intendentes ad vocem deprecationis meae. [3]si iniquitates observabis, domine, domine, quis sustinebit? [4]quia tecum est propitiatio, cum terribilis sis. [5]sustinui dominum, sustinuit anima mea, et verbum eius expectavi. [6]anima mea ad dominum a vigilia matutina usque ad vigiliam matutinam. [7]expectet Israhel dominum, quia apud dominum misericordia et multa apud eum redemptio. [8]et ipse redimet Israhel de omnibus iniquitatibus eius.

1 ambulant [*D*]*GWZ*, ambulat *βμξφR* | 2 *ad* manuum *S* palmarum | 2 cum > *φG*, quum *βμ* | 2 commederis *R*, comedes *φ* | 3 penetralibus *βμξφ*, petrabilibus *Z* | 3 circumitu *φ* | 4 timenti *S* | 5 vide *S* | 6 pax *S* | 1 *post* graduum + vox ecclesiae *R* | 1 2 sepe *GRWZ* | 1 2 adulescentia *G*, adoliscentia *R* | 1 mea > *G* | 3 supra *βμξφ* | 3 cervicem meum *Z* | 3 *fin* meum *W* [*Z* = *G*] | 5 revereantur *βμφGRWZ* | 6 fęnum *G*, faenum *RW* | 6 arescit *βμ* | 7 implevit *R* | 7 *ante* manipulos + qui *WZ* [*sic*] | 8 beneximus *W* | 1 *pro* graduum *W* dd | 1 *post* graduum + legendus ad lectionem ionae profetae *R* | 2 depraecationis *R* | 3 qui *W* [*Z* = *G*] | 5 sustenui dominum sustenuit *R* | 6 *med* viglia R^1 | 6 *fin* viligiliam *G* | 7 israhel in domino *WZ* | 8 redemet *R* | 8 de *G*, ex

131

[1]Canticum graduum. Domine, non est exaltatum cor 129
meum, neque elati sunt oculi mei, et non ambulavi in magnis et in mirabilibus super me. [2]si non proposui et silere feci animam meam: sicut ablactatus ad matrem suam, ita ablactata ad me anima mea. [3]expectet Israhel dominum a modo et usque in aeternum.

132

[1]Canticum graduum. Memento, domine, David et omnis 130
adflictionis eius, [2]qui iuravit domino, votum vovit deo Iacob [3]„si intravero in tabernaculum domus meae, si ascendero super lectum straminis mei, [4]si dedero somnum oculis meis et palpebris meis dormitationem, [5]donec inveniam locum domino, tabernaculum deo Iacob“. [6]ecce audivimus illum in Ephrata, invenimus illum in regione saltus. [7]intremus in tabernacula eius, adoremus scabellum pedum eius. [8]surge, domine, in requiem tuam, tu et arca fortitudinis tuae. [9]sacerdotes tui induantur iustitia, et sancti tui laudent. [10]propter David servum tuum ne avertas faciem Christi tui. [11]iuravit dominus David veritatem nec avertetur ab ea „de fructu ventris tui ponam super sedem tuam, [12]si custodierint filii tui pactum meum et testificationem meam, quam docuero eos, et filii eorum usque in aeternum, sedebunt super thronum tuum“. [13]quia elegit dominus Sion, desideravit eam in habi-

βμξφRWZ | 1 graduum > *W* [*habet Z*] | 1 *in fine tituli* + david *βμξφW* [*non Z*], + vox ecclesiae rogatis *R* | 2 ad matrem suam *φBD GRWZ*, super matrem suam *βμFHKMN*, a matre sua *ξ duo codices Gallorum* | 2 ablactata ad me *φBDGRWZ*, ablactetur super me *βμF HKMN*, ablactętur a me *ξ*, ablactata a me *duo codices Gallorum* | 3 expecta *ξφRWZ*, exspecta *βμ* | 3 *ante* dominum + ad *R* | 3 *fin* in saeculum *S* | 1 *post* graduum + prof ad patrem de christo dicit *R* | 1 afflictionis *GWZ* | 2 *ad* deo *S* potenti | 3 *manu prima in margine inferiori WZ* | 3 ascendero *ξφDGSWZ*, adsedero *R*, sedero *βμ* | 3 in lectum *WZ* | 3 stratus *DS* | 5 tabernaculum *ξφχGRZ*, tabernacula *βμW* | 5 *ad* deo *S* potenti | 6 efratha *R*, effrata *WZ* | 7 tabernaculorum *χ* [*sic*] | 9 induant *ξφRWZ* | 9 iustitiam *ξφ*[-ci-*φ*] [*non RWZ*] | 9^2 misericordes te *S* | 10 advertas *R* | 11 veritem *R* | 11 ne avertatur G^1, nec avertetur G^2, et non avertetur $ξχZ^1$, non avertetur $βμφRWZ^2$ | 11 super > *RWZ* | 11 *fin* thronum tuum *S* | 12 et filii eorum super thronum tuum sedebunt usque in aeternum *F* „*exemplaria canonis*“ *Gallorum* | 12 *fin* meum *RWZ* | 13 *init* quoniam *βμφ* | 13 *fin* sibi *ξφR*

taculum suum. [14] „haec est requies mea in sempiternum, hic habitabo, quia desideravi eam. [15] venationem eius benedicens benedicam et pauperes eius saturabo pane. [16] sacerdotes eius induam salutare, et sancti eius laude laudabunt. [17] ibi oriri faciam cornu David, paravi lucernam Christo meo. [18] inimicos eius induam confusione, super ipsum autem florebit sanctificatio mea".

133

131 [1] Canticum graduum. Ecce quam bonum et quam decorum habitare fratres in unum: [2] sicut unguentum optimum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit super oram vestimentorum eius: [3] sicut ros Aermon, qui descendit super montana Sion, quoniam ibi mandavit dominus benedictionem et vitam usque in aeternum.

134

132 [1] Canticum graduum. Ecce benedicite domino, omnes servi domini, qui statis in domo domini, in noctibus [2] levate manus vestras ad sanctum, et benedicite domino. [3] benedicat tibi dominus ex Sion, factor caeli et terrae.

135

133 [1] Alleluia. Laudate nomen domini, laudate, servi, dominum, [2] qui statis in domo domini, in atriis domus dei nostri. [3] laudate dominum quoniam bonus dominus: cantate nomini eius quoniam decens. [4] quia Iacob elegit sibi dominus, Israhel

SWZ | 14 est > *ξZ* | 14 habitavi *RWZ* | 15 *init* generationem *vel* generationes *„nonnulli mss" Gallorum* | 15 benedicam *bis R* | 15 et *χG*, > *βμξφRWZ* | 15 panibus *Z* | 16 salutari G^{1}??*βμ* | 16 *ad* sancti *S* misericordes | 17 faciem *R* | 18 sanctificatio mea *GRWZ*, sanctificatio eius *ABCD tres codd Gallorum*, diadema meum *HM*, diadema eius *βμξφ* | 1 *post* graduum + david *βμξφ contra DGWZ*, + vox eccl orantis *R* | 1 in unum *βμφGZ*^{1}, una *ξRWZ*^{2} | 2 3 *ter* discendit *R* | 2 ora *WZ* | 3 ęrmon *G*, ærmon *R*, hermon *βμξφWZ* | 3 montes *S* | 3 et *ξχG*, > *βμφRWZ* | 3 *fin* saeculum *S* | 1 *post* graduum + david *ξ*, + vox ecclesiae in futuro *R* | 1 servi domino *G* | 1 in noctibus *a sequentibus aptum apud GWZ* [*R non interpungit*] | 2 *ad* ad sanctum *S* sancte | 2 dominum *βμφWZ* | 3 te *ξφRWZ* | 1 alleluia *ad* 134 *GZ*? halelu ia *ξ*, halleluia *φ*, canticum graduum *D* | 1 *post* alleluia + vox ecclesię operantibus quae increpat idola gentium quod nulla sunt *R* | 2 atris *R* | 3 quoniam benignus dominus *D* | 3 *ad* cantate *S* psallite | 4 quoniam *ξφRWZ*

in peculium suum. [5]quia ego scio quod magnus dominus et deus noster prae omnibus diis. [6]omnia quae voluit dominus fecit, in caelo et in terra, in mari et in cunctis abyssis: [7]levans nubes de summitatibus terrae: fulgura in pluviam fecit: educens ventum de thesauris suis: [8]qui percussit primitiva Aegypti, ab homine usque ad pecus: [9]misit signa et portenta in medio tui, Aegypte, in Pharao et in cunctos servos suos: [10]qui percussit gentes multas et occidit reges fortes, [11]Seon regem Amorraeorum et Og regem Basan et omnia regna Chanaan: [12]et dedit terram eorum hereditatem, hereditatem Israhel populo suo. [13]domine, nomen tuum in aeternum: domine, memoriale tuum in generatione et generatione. [14]quia iudicabit dominus populum suum, et in servos suos erit placabilis. [15]idola gentium argentum et aurum, opera manuum hominum. [16]os habent, et non loquentur: oculos habent, et non videbunt: [17]aures habent, et non audient: sed nec spiritus in ore eorum. [18]similes illis fiant qui faciunt ea, omnes qui confidunt in eis. [19]domus Israhel, benedicite domino: domus Aaron, benedicite domino: [20]domus Levi, benedicite domino: timentes dominum, benedicite domino. [21]benedictus dominus ex Sion, qui habitat in Hierusalem. alleluia.

136

[1]Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in aeter- 134
num misericordia eius. [2]confitemini deo deorum, quoniam in aeternum misericordia eius. [3]confitemini domino dominorum, quoniam in aeternum misericordia eius. [4]qui facit mirabilia magna solus, quoniam in aeternum misericordia eius. [5]qui

5[2] deus *GZ*, dominus *βμξφRW*, dominator *S* | 6 quaecumque *χ* | 6 et in mari *χ* | 6 omnibus *ξφRWZ* | 6 abysis R^2 | 7 fulgora *RWZ* | 7 ventum *GS*, ventus *R*, ventos *βμξφWZ* | 8 *fin* quadrupedem *S* | 9 emisit *ξφRWZ* | 9 *fin* eius *βμ* | 11 channan *R* | 13 *ad* aeternum *S* saeculum | 14 iudicavit *RWZ* | 14 servis suis *χ* | 17 *post* nec + est *βμξφ* | 17 eorum *in litura G quae* ipsorum *non celat*, ipsorum *φ* | 18 fiunt *R* | 18 faciant W^1 | 18 *post* ea + et *βμξφ* | 18 omnes qui confidunt *φDG RWZ*, omnis qui confidit *βμξ* | 19[2] dominum *Z* | 21 *post* dominus + deus *RWZ* | 21 exion *R* | 21 alleluia *utrum huc an ad* 136 *pertineat incertum in GW*, > *ξRZ*, halleluia *φ* | 1 *praemittit* halelu ia *ξ*, alleluia vox apostolorum ad sina gogam *R*, canticum graduum *Z* | 1 *et in seqq ad* aeternum *S* saeculum | 4 facit *BG*, facis *D*, fecit *βμξφRWZ* |

fecit caelos in sapientia, quoniam in aeternum misericordia eius. [6] qui firmavit terram super aquas, quoniam in aeternum misericordia eius. [7] qui fecit luminaria magna, quoniam in aeternum misericordia eius. [8] solem in potestatem diei, quoniam in aeternum misericordia eius. [9] lunam et stellas in potestatem noctis, quoniam in aeternum misericordia eius. [10] qui percussit Aegyptum cum primitivis suis, quoniam in aeternum misericordia eius. [11] et eduxit Israhel de medio eorum, quoniam in aeternum misericordia eius. [12] in manu valida et in brachio extento, quoniam in aeternum misericordia eius. [13] qui divisit mare rubrum in divisiones, quoniam in aeternum misericordia eius. [14] et eduxit Israhel in medio eius, quoniam in aeternum misericordia eius. [15] et convolvit Pharao et exercitum eius in mari rubro, quoniam in aeternum misericordia eius. [16] qui perduxit populum suum per desertum, quoniam in aeternum misericordia eius. [17] qui percussit reges magnos, quoniam in aeternum misericordia eius. [18] et occidit reges magnificos, quoniam in aeternum misericordia eius. [19] Seon regem Amorraeorum, quoniam in aeternum misericordia eius. [20] et Og regem Basan, quoniam in aeternum misericordia eius. [21] et dedit terram eorum hereditatem, quoniam in aeternum misericordia eius. [22] hereditatem Israhel servo suo, quoniam in aeternum misericordia eius. [23] quia in humilitate nostra memor fuit nostri, quoniam in aeternum misericordia eius. [24] et redemit nos de hostibus nostris, quoniam in aeternum misericordia eius. [25] qui dat panem omni carni, quoniam in aeternum misericordia eius. [26] confitemini deo, caeli, quoniam in aeternum misericordia eius.

5 fæcit R^1, facit R^2 | 5^1 intellectu N^{marg} S, simplicitate MN | 8 potestate R | 9 luminam R^1 | 9 potestate R^1? | 10 cum primogenitis eorum L, cum primitiis suis P, cum primitivis eius H, in primitivis suis NQ, KM *ut edidi* | 10 suis $\beta\mu G$, eius $\xi\varphi R$, eorum WZ | 11^1 et transduxit israel per medium eius $FK[K^2?]NQ$ | 12 in *secundum* $>$ φRWZ | 14 et $>$ RWZ | 14 e medio $\beta\mu$ | 15 pharaonem χZ | 16 perduxit $\beta\mu$, eduxit G, duxit $\xi\varphi RWZ$ | 18 magnificos $\xi\varphi ABCDGRSWZ$ *„mss quamplures“ Gallorum*, fortes L, potentes $\beta\mu$ *„exemplaria canonis“ Gallorum* | 21 $>$ RWZ | 21 *post* eorum + in χ | 24^1 $\xi\varphi ABCDGRSWZ$ *„plures mss codices“ Gallorum*, et eripuit nos de tribulationibus nostris $\beta\mu$, quia eripuit *„etc“* M | 25 pacem G

137

[1]Super flumina Babylonis, ibi sedimus et flevimus, cum 135
recordaremur Sion. [2]super salices in medio eius suspendimus citharas nostras, [3]quoniam ibi interrogaverunt nos qui captivos duxerunt nos, verba carminis, et qui adfligebant nos „laeti canite nobis de canticis Sion“. [4]quo modo cantabimus canticum domini in terra aliena? [5]si oblitus fuero tui, Hierusalem, in oblivione sit dextera mea. [6]adhaereat lingua mea gutturi meo, si non recordatus fuero tui, si non praeposuero Hierusalem in principio laetitiae meae. [7]memento, domine, filiorum Edom in die Hierusalem, dicentium „evacuate, evacuate usque ad fundamentum eius“. [8]filia Babylon vastata, beatus qui retribuit tibi vicissitudinem tuam, quam retribuisti nobis. [9]beatus qui tenebit et allidet parvulos tuos ad petram.

138

[1]David. Confitebor tibi, domine, in toto corde meo: in 136
conspectu deorum cantabo tibi. [2]adorabo in templo sancto tuo et confitebor nomini tuo super misericordia tua et veritate tua, quia magnificasti super omne nomen eloquium tuum. [3]in die invocabo, et exaudies me, dilatabis animae meae fortitudinem. [4]confiteantur tibi, domine, omnes reges terrae quoniam audierunt eloquia oris tui, [5]et cantent in viis domini quoniam magna gloria domini, [6]quoniam excelsus dominus et humilia respicit et excelsa de longe cognoscit. [7]si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me: super furorem inimicorum meorum mittes manum tuam, et salvabit me dex-

1 *cum* 136 *conectunt* $\beta\mu G$ | 1 *praemittit* ipsi david hieremiae lamentatio *D*, psalmus david pro heremia [*sic*] vox ecclesiae *R* | 1 et sedimus ibi flevimus *RWZ* | 1 *ante* Sion + tui *R* | 2 cytharas nostras *G*, cythara nostra *RWZ* | 3 nos *secundum* > G^1 | 3 *ad* carminis *S* cantionum | 3 qui *alterum* > G^1 | 3 affligebant *GWZ* | 3 laeti *cum praecedd iungunt* $\beta\mu\varphi$ | 4 cantavimus *WZ* | 5 dexera G^1 | 6 gurturi G^1, guttori *R* | 6 proposuero $\beta\mu\varphi RZ$ | 7 effodite effodite *S* | 7 evacuate *alterum* > *WZ* | 8 babylonis $\beta\mu\xi\varphi$ | 8 vastuta *W* | 8 retribuet $\beta\mu\xi\varphi R$ *WZ* | 8 *ante* retribuisti > tu $\xi\varphi RWZ$ | 9 suos χ | 1 david > *WZ*, psalmus david vox christi ad patrem *R* | 1 *ad* cantabo *S* psallam | 2 ad templum sanctum tuum *S* | 2 *ante* veritate + super ξ | 2 quoniam *WZ* | 3 *pro* et *D* te | 5 Ut cantet *G* | 5 vis *R* | 6 *med* et humile videt et excelsum *S* | 7 salvavit *G*

tera tua. [8] dominus operabitur pro me: domine, misericordia tua in aeternum: opera manuum tuarum ne dimittas.

139

137 [1] Pro victoria, David, canticum. Domine, investigasti me et cognovisti me. [2] tu cognovisti sessionem meam et resurrectionem meam, intellexisti malum meum de longe, [3] semitam meam et accubitionem meam eventilasti et omnes vias meas intellexisti: [4] quia non est eloquium in lingua mea, ecce, domine, nosti omnia [5] retrorsum et ante. formasti me, et posuisti super me manum tuam. [6] super me est scientia, et excelsior est, non potero ad eam. [7] quo ibo a spiritu tuo? et quo a facie tua fugiam? [8] si ascendero in caelum, ibi es tu: si iacuero in inferno, ades. [9] si sumpsero pennas diluculo et habitavero in novissimo maris, [10] etiam ibi manus tua deducet me, et tenebit me dextera tua. [11] si dixero „forsitan tenebrae operient me“, nox quoque lux erit circa me, [12] nec tenebrae habent tenebras apud te, et nox quasi dies lucet: similes sunt tenebrae et lux. [13] quoniam tu possedisti renes meos, orsusque es me in utero matris meae. [14] confitebor tibi, quoniam terribiliter magnificasti me: mirabilia opera tua, et anima mea novit nimis. [15] non sunt operta ossa mea a te, quibus factus sum in abscondito, imaginatus sum in novissimis terrae. [16] informem adhuc me viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur: dies formatae sunt, et non est una in eis. [17] mihi

8 *ad* aeternum *S* saeculum | 8 tuaru *G* | 1 pro victoria david canticum *BGMWZ quinque codices Gallorum*, victori psalmus david *φ*, victori david canticum *βμξ ubi* psalmus *S*, in finem psalmus david vox ecclesię ad populum conlaudans dominum *R* | 1 me *alterum* > *βμξφR WZ* | 2 manum meam *D* | 3 acubtionem R^1, acubitionem $ξR^2WZ$, accubationem *βμφ* | 4 mea > *R* | 5 retrorsum et ante *cum* 4 *iungunt GWZ*, *R non distinguit* | 5 *ante* super + tu *WZ* | 5 palmam *S* | 5 tuum G^1 | 6 super me est scientia *ξφABCDGRWZ*, mirabilior est scientia a me *βμFH* „*ambo exemplaria canonis*“ *Gallorum*: „*addunt insuper tria ex praedictis exemplaria* [!] *mss pronomen* ... scientia tua“, mirabilior scientia tu a me *Q* | 6 et > *βμ contra ξφABCDGRWZ* | 8 caelom W^1 | 8 siacuero *R* | 9 deluculo *R* | 9 et *χG*, > *βμξφRWZ* | 11 forsitan *in G* si *habet in litura scriptum*, forte *βμξφRWZ* | 11 operiant *RWZ* | 11 *fin* coram me *WZ* | 12 *pro* dies *D* lux | 13 quia *βμφWZ* | 13 es > *G* | 14 *post* novit + ea *D* | 15 non est opertum os meum a te quo *FN*[N^2??]*Q* | 15 ascondito *R* | 16 formatae *BG*[-ę]*R*[-e]*WZ*, formati *βμξφ*

autem quam honorabiles facti sunt amici tui, deus, quam fortes pauperes eorum. [18] dinumerabo eos, et harena plures erunt: evigilavi, et adhuc sum tecum. [19] si occideris, deus, impium, viri sanguinum, declinate a me. [20] qui contradicent tibi, sceleratе, elati sunt frustra adversarii tui. [21] nonne odientes te, domine, odivi, et contra adversarios tuos distabui? [22] perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi. [23] scrutare me, domine, et cognosce cor meum: proba me, et scito cogitationes meas. [24] et vide si via doli in me est, et deduc me in via aeterna.

140

[1] Pro victoria, canticum, David. [2] Erue me, domine, ab homine malo: a viris iniquis serva me. [3] qui cogitaverunt malitias in corde, tota die versati sunt in proeliis. [4] exacuerunt linguam suam quasi serpens: venenum aspidis sub labiis eorum. SEMPER. [5] custodi me, domine, de manu impii: a viro iniquitatum serva me: qui cogitaverunt subplantare gressus meos. [6] absconderunt superbi laqueum mihi, et funibus extenderunt rete: iuxta semitam offendiculum posuerunt mihi. SEMPER. [7] dixi domino „deus meus es tu“: audi, domine, vocem deprecationis meae. [8] domine deus, fortitudo salutis meae, protexisti caput meum in die belli. [9] ne des, domine, desideria impiis: scelera eorum ne effundantur et eleventur. SEMPER. [10] amaritudo convivarum eorum, labor labiorum eorum 138

17 *ante* una + tibi *D* | 17[1] quā *sero ex* qūō = quoniam *correctum G* | 17 *ad* amici *S* sodales | 17 *ad* pauperes *S* principatus, *pro* pauperes *D* sunt principatus | 18 harena *etiam* ξ [-ę-] | 20 quia ξ*RWZ* | 20 scelerati *LPW*[2] | 20 elevati ξφχ | 20 tui *in litura G* | 21 *ad* distabui *S* resistebam | 23 domine *GRWZ*, deus βμξφ | 23 meum βμξφ*G*, eorum *RWZ* | 23 cognationes *R* | 24 idoli *B fortasse recte* | 1 pro victoria david canticum *WZ*, pro victoria *etiam BM „mss plures“ Gallorum*, in finem psalmus david vox christi est *R*, victori canticum david βμξφ, *ubi* psalmus *S* | 2 eripe *Z* | 2[2] salva φ*RWZ* | 3 quia ξ*RWZ* | 3 in *prius* > *R*[1] | 4 aspidum *RWZ* | 4 semper *nigrum adest in WZ*, sela *in* ξ | 5 iniquitantum *W* | 5 supplantare *W* | 5 gresus *R* | 6 mihi *prius* > *R* | 6 iuxta semitam *cum praecedd iungit* φ, *RZ non distinguunt* | 6 semper *nigrum adest in WZ*, sela *in* ξ | 7 exaudi ξ*RWZ*, auribus percipe *S* | 7 depraecationis *R* | 9 impiis *BGRWZ*, impii βμξφ | 9 scera *R* | 9 eorum *G*, eius βμξφ*RWZ* [*sic*] | 9 offendantur *RW*[2]*Z*, offendentur *W*[1] | 9 semper *nigrum adest in WZ*, sela *in* ξ | 10 conviviorum ξ*RWZ* | 10[1] eorum *GRWZ*, meorum βμφ, > ξ

operiet eos. [11]cadent super eos carbones ignis, deicies eos in foveas, ut non consurgant. [12]vir linguosus non dirigetur in terra, virum iniquum mala capient in interitu. [13]scio quod faciet dominus causam inopis, iudicia pauperum. [14]attamen iusti confitebuntur nomini tuo, habitabunt recti cum vultu tuo.

141

139 [1]Canticum, David. Domine, clamavi ad te, festina mihi: exaudi vocem meam clamantis ad te. [2]dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. [3]pone, domine, custodem ori meo, serva paupertatem labiorum meorum. [4]ne declines cor meum in verbum malum, volvere cogitationes impias cum viris operantibus iniquitatem neque comedere in deliciis eorum. [5]corripiat me iustus in misericordia et arguat me: oleum amaritudinis non inpinguet caput meum: quia adhuc et oratio mea pro malitiis eorum. [6]sublati sunt iuxta petram iudices eorum, et audient verba mea quoniam decora sunt. [7]sicut agricola cum scindit terram, sic dissipata sunt ossa nostra in ore inferi. [8]quia ad te, domine deus, oculi mei: in te speravi, ne evacues animam meam. [9]custodi me de manibus laquei, quod posuerunt mihi, et de offendiculis operantium iniquitatem. [10]incident in rete eius impii simul: ego autem transibo.

142

140 [1]Eruditio David, cum esset in spelunca. oratio. [2]Voce mea ad dominum clamavi, voce mea ad dominum deprecatus

11 cadant χ | 11 ignis $\xi\varphi DGRWZ$, in ignem *cum seqq iunctum* $\beta\mu$ „*exemplaria canonis duoque alii mss codices*“ *Gallorum* | 11 deiecies *R* | 11 cogsurgant *R* | 12 capiunt χ | 12 interitum $\beta\mu$ | 13 dominus faciet $\beta\mu$ | 13 iudica RWZ^1 | 14 Et tamen *G* | 1 *init* in finem psalmus david vox ecclesię *R* | 1 psalmus φS | 1 *ad* exaudi *S* auribus percipe | 2 palmarum *S* | 3 custodiam $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 4 *init* non *WZ* | 4 in *prius* > RWZ | 4 *ante* cum + Et *G*, *sed hoc* Et cum *in litura* | 4 delictis *B*, diliciis *R* | 5 corripiet *G* | 5 arguat *etiam B*, arguet $\beta\mu$ | 5 et *alterum* BGW^1Z, > $\beta\mu\xi\varphi RW^2$ | 5 malitis *R* | 6 solati *WZ*[*sic*] | 6 audientur RWZ | 6 decorati *WZ* | 7 nostra > RWZ | 7 *pro* in ore *G* more | 7 inferi χG, inferni $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 8 nec evacues *R*, ne evacuas *WZ* | 9 quod χG, quem $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 9 et > $\beta\mu\varphi$ | 10 simul *ad praecedentia trahunt* ξG, *cum* 10^2 *conectunt* $\beta\mu\varphi$, *virgulis carent RZ* | 10 autem ego $\beta\mu\varphi$ | 1 eruditi *BWZ*, intellectus *DR* | 1 *fin* + eius ad dominum *R* | 2 depraecatus *R*

sum. [3] effundam in conspectu eius eloquium meum, tribulationem meam coram illo adnuntiabo, [4] cum anxiatus in me fuerit spiritus meus (tu enim nosti semitam meam): in via hac, qua ambulabo, absconderunt laqueum mihi. [5] respice ad dexteram et vide quia non est qui cognoscat me. periit fuga a me: non est qui quaerat animam meam. [6] clamavi ad te, domine: dixi „tu es spes mea, pars mea in terra viventium“. [7] ausculta deprecationem meam, quoniam infirmatus sum nimis. libera me a persequentibus, quoniam confortati sunt super me. [8] educ de carcere animam meam, ut confiteatur nomini tuo: me expectant iusti, cum retribueris mihi.

143

[1] Canticum, David. Domine, exaudi orationem meam, au- 141
sculta deprecationem meam in veritate tua: exaudisti me in iustitia tua. [2] et non venias ad iudicandum cum servo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. [3] persecutus est enim inimicus animam meam: confregit in terra vitam meam: posuit me in tenebris quasi mortuos antiquos: [4] et anxiatus fuit in me spiritus meus, in medio mei sollicitum fuit cor meum. [5] recordabar dierum antiquorum: meditabar omnia opera tua: facta manuum tuarum loquebar. [6] expandi manus meas ad te: anima mea quasi terra sitiens ad te. SEMPER. [7] cito exaudi me, domine: defecit spiritus meus. ne abscondas faciem tuam a me, et conparabor descendentibus in lacum. [8] fac me audire mane misericordiam tuam, quoniam in te confido. notam fac mihi viam, in qua ambulo, quo-

4 anxius $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 4 fuerit in me $\beta\mu$ | 4 ambulabam WZ | 5 est *prius* G, sit $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 5 agnoscat φ | 5 *ante* non *alterum* + et $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 5 est *alterum* > φ | 5 requirat ξRWZ | 7 depraecationem R | 7 persequentibus G, persequentibus me WZ, persecutoribus ξR, persequutoribus meis $\beta\mu$, persecutoribus meis φ | 8 me expectant GR WZ, in me coronabuntur $\beta\mu\xi\varphi$ | 1 canticum david $\beta\mu\xi GWZ$ *ubi* psalmus S, psalmus david cum persequebatur R, psalmus david φ, oratio D | 1 *ad* ausculta S auribus percipe | 1 depraecationem R | 1 in veritate tua *cum seqq iungunt* $\xi\varphi Z$, *virgulis caret* R | 1 veritatem R^1 | 1 exaudisti DG, exaudi $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 1 *fin* tua iustitia ξD | 3 enim > ξRZ [*non* W] | 3^3 collocavit me in tenebris S | 3 sicut Z | 3 *ad* antiquos S saeculi | 4 anxius $\xi\varphi BRWZ$ | 4 *pro* fuit *priori* D est | 5 recordabor β [*non* μ] | 6 animam meam G | 6 semper *atramento* R | 7 *ad* cito S festina | 7 comparabor W, cōparabor Z | 7 discendentibus R | 8 te *prius*

niam ad te levavi animam meam. [9]libera me de inimicis meis, domine: a te protectus sum. [10]doce me ut faciam voluntatem tuam, quia tu deus meus: spiritus tuus bonus deducet me in terra recta. [11]propter nomen tuum, domine, vivificabis me in iustitia tua, educes de angustia animam meam, [12]et in misericordia tua dissipabis inimicos meos et perdes omnes litigantes animam meam: ego enim sum servus tuus.

144

142 [1]David. Benedictus dominus fortis meus, qui docet manus meas ad proelium, digitos meos ad bellum. [2]misericordia mea et fortitudo mea, auxiliator meus et salvator meus, scutum meum, et in ipso speravi, qui subiecit populos mihi. [3]domine, quid est homo, quia cognoscis eum? filius hominis, quia conputas eum? [4]homo vanitati adsimilatus est: dies eius quasi umbra pertransiens. [5]domine, inclina caelos tuos et descende, tange montes, et fumigabunt. [6]mica fulmine et dissipa eos: mitte sagittam tuam et interfice illos. [7]extende manum tuam de excelso: libera me et erue me de aquis multis, de manu filiorum alienorum, [8]quorum os locutum est vanitatem, et dextera eorum dextera mendacii. [9]deus, canticum novum cantabo tibi, in psalterio decachordo psallam tibi. [10]qui dat salutem regibus, qui eruit David servum suum de gladio pessimo. [11]libera me et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem, et dextera eorum dextera mendacii, [12]ut sint filii nostri quasi plantatio crescens in adolescentia sua, filiae nostrae quasi anguli ornati ad similitudinem templi. [13]promptuaria nostra plena et super-

> *W* [*non Z*] | 8 ambulem *βμφ* | 9 a *ξφDGRWZ*, ad *βμ* | 10 terram rectam *βμξφ* | 11 me > *RWZ*[2] | 11 in iustitia *cum praecedd iungunt ξGRWZ, cum seqq βμφ* | 12 litigantes *GN*[2], ligantes *ξφABCDN*[1]*RWZ* „*alii*“ *apud Gallos*, tribulantes *βμFK*[*K*[2]?] | 1 *praemittit* canticum *D* | 1 *post* david + cum pugnasset goliad vox ecclesię adversus diabulu cum satellitibus suis *R* | 1 ad *prius βμξφGRWZ*, in *χ* | 2 qui subiecit populum sub me *FNQ* | 2 subjiciet *B* [?] | 3 quia agnoscis *ξφWZ*, qui agnoscis *R* | 3 computas *W*, cōputas *Z* | 4 adsimulatus *WZ* | 4 eius > *R* | 5 discende *R* | 6 fulmina „*aliquot mss*“ *Gallorum* | 6 *ad* interfice *S* conturbabis | 7 eru *G* | 10 das *RWZ* | 10 *fin* maligno „*mss tres aut quattuor*“ *Gallorum* | 11 loquutum *W* | 12 ut non sint *WZ*[2] | 12[1] vestri *G* | 12 adulescentia *G*, adoliscentia *R* | 12 ornatia *R* | 12 simitudinem *W* | 13 prumptuaria *G*[1]*R*, promtuaria *Z*

effundentia ex hoc in illud: pecora nostra in millibus, innumerabilia in competis nostris: [14]tauri nostri pingues: non est interruptio et non est egressus et non est ululatus in plateis nostris. [15]beatus populus cuius talia sunt, beatus populus cuius dominus deus suus.

145

[1]Ymnus, David. Exaltabo te, deus meus rex, et bene- 143
dicam nomini tuo in aeternum et ultra. [2]in omni die benedicam tibi, et laudabo nomen tuum in sempiternum et iugiter. [3]magnus dominus et laudabilis nimis, et magnificentiae eius non est inventio. [4]generatio ad generationem laudabit opera tua, et fortitudines tuas adnuntiabunt. [5]decorem gloriae magnitudinis tuae et verba mirabiliorum tuorum loquar. [6]et fortitudinem horribiliorum tuorum loquentur, et magnitudines tuas narrabo. [7]memoriam multae bonitatis tuae loquentur, et iustitias tuas laudabunt. [8]clemens et misericors dominus, patiens et multae miserationis. [9]bonus dominus omnibus, et misericordiae eius in universa opera eius. [10]confiteantur tibi, domine, omnia opera tua, et sancti tui benedicant tibi. [11]gloriam regni tui dicent, et fortitudines tuas loquentur, [12]ut ostendant filiis hominum fortitudines tuas, et gloriam decoris regni tui. [13]regnum tuum regnum omnium saeculorum, et potestas tua in omni generatione et generatione. fidelis dominus in omnibus verbis suis, et sanctus in omnibus operibus

13 superfundentia $\xi\varphi RWZ$ | 13 in *primum* $>$ R | 13 peccora W, pectora Z | 13 milibus GRZ | 13 *ante* innumerabilia + et $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 13 compitis $\beta\mu\xi$, computis φ, competetis R, cōpetis W | 14 *init* duces nostri portantes S | 15 *ante* dominus + est RWZ | 1 ymnus GWZ, hymnus B, laus D, laudatio $\beta\mu\xi\varphi R$ | 1 *post* david + vox ecclesiae ad christum R | 1 *ad* aeternum S saeculum | 2 *fin* in saeculum et ultra S | 2 et *alterum* $>$ $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 3 deus ξW [*Z ut edidi*] | 3 inventio $\xi\varphi G$ RWZ *tres codices Vallarsii libri Gallorum praeter eos quos mox nominabo,* investigatio $\beta\mu FQ$ *„exemplaria canonis“ Gallorum* | 4 genegratio R | 4 *pro* ad RWZ et | 5 mirabilium $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 6 horribilium $\beta\mu\xi\varphi$ G^2RWZ | 6 narrabo $GRWZ$ *tres codices Vallarsii*, narrabunt $\beta\mu\xi\varphi$ | 7 tuae $>$ R^1 | 7 *ad* loquentur S eructabunt | 8 *med* tardus ad furorem et magnae misericordiae S | 9 in $>$ WZ, i R | 9 universae W^1 | 10 opera tui W | 10 *ad* sancti S misericordes | 12 filii R | 12 hominaim G^1 [*sic*], adam G^2 | 12 tuas $DGRWZ$, eius $\beta\mu\xi\varphi$ | 12 tui $DGRWZ$, eius $\beta\mu\xi\varphi$ | 13 et generationem $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 13 fidelis — *fin* DG *quatuor codices Gallorum, sed in G obelus praecedit,* R[equire] *sequitur.* $>$ $\beta\mu\xi\varphi$

suis. [14]sustentat dominus omnes corruentes, et erigit universos iacentes. [15]oculi eorum in te sperant, et tu das eis escam in tempore suo. [16]aperis manus tuas, et imples omne animal refectione. [17]iustus dominus in omnibus viis suis, et sanctus in omnibus operibus suis, [18]iuxta est dominus omnibus qui invocant illum, omnibus qui invocant illum in veritate. [19]placitum timentium se faciet, et clamorem eorum audiet, et salvabit eos. [20]custodit dominus omnes diligentes se, et universos impios conteret. [21]laudem domini loquetur os meum, et benedicet omnis caro nomini sancto eius in aeternum et iugiter.

146

144 [1]Alleluia. Lauda, anima mea, dominum. [2]laudabo dominum in vita mea, cantabo deo meo quam diu sum. [3]nolite confidere in principibus, in filio hominis, cui non est salus. [4]egredietur spiritus eius et revertetur in humum suam: in die illa peribunt omnes cogitationes eius. [5]beatus cuius deus Iacob auxiliator eius, spes eius in domino deo suo, [6]qui fecit caelos et terram, mare et omnia quae in eis sunt, et custodit veritatem in sempiternum, [7]qui facit iudicium calumniam sustinentibus, et dat panem esurientibus. dominus solvit vinctos: [8]dominus inluminat caecos, dominus erigit allisos: dominus diligit iustos. [9]dominus custodit advenas: pupillum et viduam suscipiet: et viam impiorum conteret. [10]regnabit

RWZ canones Gallorum | 14 universos χG, omnes $\beta\mu\xi\varphi RWZ$ | 14 *fin* incurvatos *S* | 15 eorum *GRWZ*, omnium $\beta\mu\xi\varphi$ | 15 *ad* in *prius S* ad | 15 eis $\beta\mu\xi\varphi G^2$, illis G^1, > *RWZ* | 15 escam *DG*, escam suam $\beta\mu\xi\varphi$, aescas suas *R*, escas suas *WZ* | 15 *fin* eorum *S* | 16^2 satias omnem virum placite *S*, *ubi Martianay* omne vivum *corrigi vult.* et imples omnem animam benedictione *MN*, satias omne obvium placite *F* | 16 *fin* benedictione *Z* | 17 vis *R* | 17 *ad* sanctus *S* misericors | 18 *pro* illum *priori* $\beta\mu$ eum | 19 clamor *R*, clamorem *Z*, deprecationem *S* | 19 exaudiet $\beta\mu$[ax-μ]φRWZ | 20 *fin* disperdet *S* | 21 benedicat *BWZ* | 21 *fin* in saeculum et ultra *S* | 1 halelu ia ξ, halleluia φ | 1 *post* alleluia + vox christi ad populum *R* | 2 *ad* cantabo *S* psallam | 3 *post* principibus + et χ | 4 omnes *DGRWZ*, > $\beta\mu\xi\varphi$ | 4 *fin* eius $\beta\mu\xi\varphi GWZ$, suas *R*, > *D* | 6 qui custodit $\xi\varphi$ | 6 *ad* sempiternum *S* saeculum | 7 qui > *RWZ* | 7 da G^1 | 8 inlumnat *R*, illuminat *Z* | 8 eregit *R* | 8 *ad* allisos *S* incurvatos | 9 *fin* impiorum pervertet *S* | 10 regnavit *G*

dominus in aeternum, deus tuus, Sion, in generatione et generatione. alleluia.

147

[1]Laudate dominum, quoniam bonum est canticum dei 145
nostri, quoniam decorum est pulchra laudatio. [2]aedificabit Hierusalem dominus, eiectos Israhel congregabit. [3]qui sanat contritos corde et alligat plagas eorum. [4]qui numerat multitudinem stellarum et omnes nomine suo vocat. [5]magnus dominus noster et multus fortitudine, et prudentiae eius non est numerus. [6]suscipiens mansuetos dominus, humilians impios usque ad terram. [7]canite domino in confessione, canite deo nostro in cithara, [8]qui operit caelos nubibus et praebet terrae pluviam et oriri facit in montibus germen. [9]qui dat iumentis panem suum, filiis corvi clamantibus. [10]non est in fortitudine equi voluntas eius neque in tibiis viri placetur ei. [11]placetur domino in his qui timent eum et expectant misericordiam eius.

[1]Alleluia. Lauda, Hierusalem, dominum: cane deum 146
tuum, Sion. [2]quia confortavit vectes portarum tuarum, benedixit filiis tuis in medio tui. [3]qui posuit terminum tuum pacem, adipe frumenti saturavit te. [4]qui emittit eloquium suum terrae: velociter currit verbum eius. [5]qui dat nivem quasi lanam, pruinas quasi cinerem spargit. [6]proicit glaciem suam quasi buccellas: ante faciem frigoris eius quis stabit? [7]mittet verbum suum, et solvet illa: spirabit spiritu suo, et

10 *ad* aeternum *S* saeculum | 10 *priori loco* generationem *βμξφZ* | 10 et generationem *βμξφRWZ* | 10 alleluia *ad psalmum sequentem trahunt WZ et fortasse G*, > *ξR*, halleluia *φ* | 1 *cum* 146 *conectunt βμ* | 1 *praemittit* halelu ia *ξ*, alleluia vox ecclesię et apostolorum ad novellum populum *R* | 1 laudate dominum quoniam bonus est: canticum dei nostri *speculum Augustini* [*Benedictinorum*] | 1 *init* psallite *S* | 1 bonus *R* | 1 *pro* est *altero R* eius | 2 aedificans *S* | 2 iectos *RWZ* | 2 congregans *S* | 3 *ad* plagas *S* dolores | 5 dominator *S* | 5 *ante* noster + deus *RWZ* | 5 multos *R* | 5 formidine *ξ* | 6 mansuetus G^1 | 7^2 psallite *S* | 7 cythara *GWZ* | 8 cęlum *ξ* | 8 *fin* + et herbam servituti hominum *D* | 11 beneplacetur *B* | 11 ijs *ξ* | 1 alleluia > *βμξφ contra DGRWZ. continuant psalmum praecedentem βμ*, *φ novum versum incohat* | 1 *post* alleluia + vox christi ad ecclesię *R* | 2 quoniam *WZ* | 3 *ante* adipe + et *χ* | 3 saturavi *G* | 5 pruinas *ξφχGRWZ*, pruinam *βμ* | 6 proiecit *RWZ* | 6 bucellas *R* | 7 spiravit *G*

fluent aquae. [8]qui adnuntiat verbum suum Iacob, praecepta sua et iudicia sua Israhel. [9]non fecit similiter omni genti, et iudicia eius non cognoscent. alleluia.

148

147 [1]Laudate dominum de caelis, laudate eum in excelsis. [2]laudate eum, omnes angeli eius, laudate eum, omnes exercitus eius. [3]laudate eum, sol et luna, laudate eum, omnes stellae luminis. [4]laudate eum, caeli caelorum, et aquae quae super caelos sunt. [5]laudent nomen domini: quia ipse mandavit, et creata sunt. [6]et statuit ea in saeculum et in saeculum: praeceptum dedit, et non praeteribit. [7]laudate dominum de terra, dracones et omnes abyssi. [8]ignis et grando, nix et glacies, ventus turbo, quae facitis sermonem eius. [9]montes et omnes colles, lignum fructiferum et universae cedri. [10]bestiae et omnia iumenta, reptilia et aves volantes. [11]reges terrae et omnes populi, principes et universi iudices terrae. [12]iuvenes et virgines, senes cum pueris [13]laudent nomen domini, quoniam sublime nomen eius solius. gloria eius in caelo et in terra, [14]et exaltabit cornu populi sui. laus omnibus sanctis eius, filiis Israhel, populo adpropinquanti sibi. alleluia.

149

148 [1]Cantate domino canticum novum: laus eius in congregatione sanctorum. [2]laetetur Israhel in factore suo, filii Sion exultent in rege suo. [3]laudent nomen eius in choro, in tympano et cithara cantent ei. [4]quia conplacet sibi dominus in

8 sua israhel > *R* | 9 halleluia *φ*, > *ξR*. *utrum GWZ* alleluia *ad* 148 *trahant incertum* | 1 *praemitt* halleluia *φ*, alleluja *βμ*, halelu ia halelu ia *ξ*, alleluia vox apostolorum ad populum *R* | 1 excelsi *R* | 2 omnes *alterum* > *R* | 3 eum *alterum* > *R* | 4 *fin* caelo *R* | 5 quoniam *βμξφRWZ* | 5 praecepit *S* | 6 et *primum* > *βμξφRWZ* | 6 *utroque loco* seculum *R* | 6 *ad* saeculum *S* aeternum saeculi | 6 *priori loco pro* saeculum *ξ* ęternum | 6 *altero loco* saeculum *ABCDGW*, seculum *ξ*[-ę-]*RZ* [-ę-], aeternum *βμφ* | 6 dedi *R* | 8 glaties *RWZ* | 9 frugiferum *φ* | 9 cędri *R*, caedri *WZ* | 10 universa *βμ* | 14 exaltavit *βμξφZ* | 14 *ad* sanctis *S* misericordibus | 14 filii *β* [*non μ*] | 14 *post* populo + suo *R* | 14 appropinquanti *βμξφ*, propinquo *S* | 14 halleluia *φ*, > *ξR*, *quo* alleluia *pertineat in GWZ dicere non habeo* | 1 *praemittunt* alleluia *βμ*, halelu ia halelu ia *ξ*, halleluia *φ*, alleluia vox christi ad fideles de futuro et de resurectione [*sic*] *R* | 1 *fin* misericordium *S* | 3 *post* et + in *ξ* | 3 cythara *GRW*, chytara Z^1, cyt᷑ara Z^2 | 3 *ad* cantent *S* psallant | 4 complacet *GZ*

populo suo, et exaltabit mansuetos in Iesu. [5]exultabunt sancti in gloria, laudabunt in cubilibus suis. [6]exultationes dei in gutture eorum, et gladii ancipites in manibus eorum, [7]ad faciendam vindictam in gentibus, increpationes in populis. [8]ut alligent reges eorum catenis, et inclitos eorum compedibus ferreis. [9]ut faciant in eis iudicium scriptum: decor est omnium sanctorum eius. alleluia.

150

[1]Laudate dominum in sancto eius, laudate eum in forti 149
tudine potentiae eius. [2]laudate eum in fortitudinibus eius, laudate eum iuxta multitudinem magnificentiae suae. [3]laudate eum in clangore bucinae, laudate eum in psalterio et cithara. [4]laudate eum in tympano et choro, laudate eum in chordis et organo. [5]laudate eum in cymbalis sonantibus, laudate eum in cymbalis tinnientibus. [6]omne quod spirat, laudet dominum.

151*

[1]David. extra numerum. cum pugnavit cum Goliath. 150
[2]Pusillus eram inter fratres meos et adolescentior in domo patris mei. [3]pascebam oves patris mei: manus meae fecerunt organum, digiti mei aptaverunt psalterium. [4]et quis adnuntiavit domino meo? ipse dominus, ipse omnium exaudiet. [5]ipse misit angelum suum, et tulit me de ovibus patris mei, et unxit me in misericordia unctionis suae. [6]fratres mei boni et magni, et non fuit beneplacitum in eis domino. [7]exivi

4 et > $\beta\mu\xi\varphi R$ | 4 *ad* exaltabit *S* glorificabit | 4 *ad* iesu *S* salutem | 5 misericordes *S* | 5 *pro* laudabunt *Z* laetabuntur | 6 exsultationes $\beta\mu$, exaltationes φBR | 7 *fin* plebibus *S* | 8 inclytos *GW* | 8 *ante* compedibus + in $\xi\varphi$ | 9 conscriptum $\beta\mu\xi\varphi$ | 9 omnibus misericordibus *S* | 9 halleluia φ, > ξR, *quo* alleluia *pertineat in GWZ, incertus haereo* | 1 *praem* alleluia $\beta\mu$, halelu ia halelu ia ξ, halleluia φ, alleluia vox christi post sclm̄ devictum in regno suo laetantis *R* | 1² firmamento fortitudinis *S* | 1 potentia *R* | 3 cythara *GRWZ* | 4 timpano *R* | 4 cordis *GR* | 5 *fin* timentibus *R*, iubilationis *S* | 6 *fin* + alleluia $\beta\mu$, + halleluja φ | 6 *fin N* „*solus*“ explicit psalterium. sunt in psalterio versus II. D. XXVII. *eundem numerum* בך אכבר *habent Hebraei* | 1—8 > $\beta\mu\xi\varphi$ | 1 psalmus david proprie extra numerum vox christi ad seculum exoperantis *R* | 1 pucnavit *W* | 1 goliad *GW* | 2 adoliscentior *R*, adulescentior *WZ* | 3 manus > *R* | 4 exaudivit *Z* | 5 et unxit me *pumice deleta in R*

ob viam alienigenae, et male dixit mihi in simulacris suis. [8] ego autem evaginato ab ipso gladio amputavi caput eius, et abstuli obprobrium de filiis Israhel.

7 et malexit *G* | 8 ab eo ipsius gladio *Z* | 8 obstuli W^1

Turpi neglegentia mea factum est, ut eorum non meminissem suo tempore quae Iohannes Martianay in fine voluminis sui protulit, inscripta *variantes lectiones inter praecipuas omissae.* hinc addenda sunt commentario meo haec:

11, 1 ut avis *mss plures* Gallorum
11, 2 sagittas suas *mss quattuor* Gallorum
11, 6 pluat *mss duo* Gallorum
16, 2 dicens N *inque aliis mss* Gallorum
17, 1 mendacii *mss duo* Gallorum
17, 12 catulus leonis sedens in abscondito N
37, 6 iudicium tuum *mss aliquot* Gallorum
42, 8 vocat *mss plures* Gallorum
76, 13 quia aufert spiritum ducum H, quia auferet spiritum ducum O, quia auferet spiritus principum M
78, 1 eruditus N
94, 20 fingens laborem *mss aliquot* Gallorum
123, 3 saturati *mss aliquot* Gallorum
123, 4 saturata *mss aliquot* Gallorum.

Pueri duo, qui hunc librum typis excripserunt, etsi laudabili diligentia opere functi sunt, non potuerunt eo adigi ut adnotationes adcurate ad psalmorum commata adaptarent. cui vitio mederi non ubique poteram: cur non potuerim, sciunt qui praefationem onomasticis praemissam legerint. quare rogatos velim viros doctos qui hoc libro usuri sunt, ut imas paginas legentes utrum adnotationes adsint, etiam in pagina sequenti quaerant. operarum menda haec inveni:

pag 7 adnott versu 11 scribi Z^2 | 8
„ 10 „ „ 13 ante increpuisti scribe 6
„ 16 marg sinistr scribe 16
„ 25 adnott versu 1 pro pigroes scribe pigwes
„ 77 „ „ ultimo scribe volui
„ 105 „ „ 10 scribe cum
„ 106 versu 4 exeunte pone virgulam

COROLLARIUM.

In libro zeitschrift der deutschen morgenländischen gesellschaft XXII 331 mense Ianuario anni 1868 exposui יהוה esse creatorem, *τὸν τοῦ εἶναι αἴτιον.* quae cum scriberem, nesciebam Iohannem Clericum diu ante me in eadem sententia fuisse, et Wilhelmum Gesenium in thesauri II 577 anno 1839 haud ita multum afuisse ut eam commendaret. et Gesenii quidem librum non vidi nisi postquam Schleusinga Berolinum redux de comparandis libris ad munus academicum necessariis coeperam cogitare: Clericum*), qui annis 1844 et 1845 Hengstenbergium audissem, acerbissimum illius exagitatorem, et postea R. Bentleii epistulas legissem, non magni faciendum censueram**), praesertim cum graecae linguae permodica scientia eum usum et tamen superbissimum fuisse viderem. neque alii ac casui debeo quod de Clerico melius nunc opiner. nam ad Petavii theologicorum dogmatum VIII 9, 7 in editione antwerpiensi anni 1700 I 342 adscripta vidi a Theophilo Alethino, qui personatus Clericus est, haec *de nomine tetragrammato egit nuperus pentateuchi interpres .... ostenditque eo significari eum qui facit ut res sint, γενεσιουργὸν seu creatorem et effectorem rerum.* his verbis excitatus adii Clerici in Exodi 6, 3 commentarium, et magno cum gaudio ibi Clericum de יַהְוֶה (ita enim pronuntiat) permulta protulisse vidi, quae ego in scholis meis tamquam a me primo inventa docere consueveram. haec ut legant hortor omnes quibus veritas alienorumque meritorum laus curae cordique sunt. verum cum sententiam meam anno 1868 breviter indicatam in volusianis nescio quibus chartis (tacito ut par est in hac tanta honestate nomine meo) in vulgus disseminatam esse audiam, missis non paucis quae Clericus iam occupavit, exponam quae ego in scholis meis argumenta opinionis meae recensere solitus sim.

*) adeas Abrahami des Amorie van der Hoeven *de Ioanne Clerico et Philippo a Limborch dissertationes* Amstelodami anno 1843 editas.

**) Clementina ed. Lagarde (23) versus finem.

ac primum quidem יהוה Iahwe pronuntiatum esse certissimum. *Ἰαουὲ* Clemens alexandrinus strom V 6, 34 [240, 34 Sylburg] conlatis quae goettingische gelehrte anzeigen 1870, 807 attuli: *Ἰαβὲ* Epiphanius panarii 40, 5 [132, 12 15 basil], ubi *ἰάνε* codex venetus, basileenses inter *ἰάβε* et *ἰαβὲ* fluctuant: Samaritis *ἰαβὲ* adscribit Theodoretus epitomes 116 [rom], in Exodum 15 [78 edit paris anni 1558]. יַהְוֶה vero non esse יְהוֶה omnes vident. neque fieri potuisse crediderim ut Hebraei, si primam et quartam verbi formam distinguebant et, ut hoc utar, יְפָקֹד aliud ac יַפְקִיד significare norant, Iahwe, quartae (= הפעיל) derivatum, idem esse putarent ac Iihwe.

et quartae formae derivata ad nomina propria formanda adhiberi solita esse, notissimum יָאִיר ostendit [Num 32, 41 Iud 10, 3 = *Ἰάειρος* Marc 5, 22], seriori tempore יַאִיר dictum ac vel nunc in Germania in Iudaeorum familiis saepe auditum. يالیل dei cuiusdam nomen in عبد يالیل [Pococke specimen 78] servatum utrum huc trahi possit nescio: sed conferenda sunt يعصيد Lagarde abhandlungen 52, 29: يعقيد Bu0rus Bustânî 1438a fin *mel igne concretum* ab اعقد: يقطين idem 1736² 5 Abdalla0îf 129 *planta erecto caule carens* = יַקְטִין Amos 8, 5 conlatis quae HOFleischer ad SdeSacy I 129, 13 adscripsit. apud Syros יַעְמִיץ Bar Ali 4480 (unde Arabes يعميصا sumpserunt) ad radicem עמץ II = IV Isa 33, 15 Mth 13, 15 pertinet: nam يبباس יעמיץ est, cuius suco acri ad oculorum morbos sanandos utebantur (Avicenna arab I 254 = lat [Venet 1582] II 581): naturae autem consentaneum suco لا قوة خماص الانرج والحصرم oculos contrahi. demonstratum igitur יַהְוֶה qui quartae derivatum dicat, analogiam certam sequi.

sequitur illud quod iam ante hos sex annos publice indicavi, essentiae notionem ad exprimendam dei naturam antiquis temporibus adhiberi non potuisse: esse enim hanc notionem reconditiorem dicebam quam ut hominibus simplicibus et ab omni scholastica doctrina alienis in mentem venisse putanda foret: qui secus iudicarent, posse gloriandi constantia atque ipsa sua ineptia huic inconstanti et inepto saeculo placere, apud prudentes risum eos certum manere.

et היה = הוה = هوى *cecidit*. vel nunc הוחה syriace dici posset Bar Ali 3283 *accidit ei*, et הֲוָא Syris Psalm 69,

2 15 Luc 16, 26 Bar Ali 3284 idem quod Arabibus هوة *βόθρος* Prov 22, 14 *χάσμα* Luc 16, 26. primitus igitur essendi notio in radice הוה non infuit, ut prorsus infelices videantur qui יהוה entem exponentes nomen vetus esse autument. cum כָּן apud Arabes et Phoenices pro הָיָה usurpetur, יַהְוֶה idem esse dixeris quod יָכִין (Regn III 7, 21) vel e seriore usu מֵכִין.

atqui in ipso Iudaeorum codice sacro (quod est tertium) interpretationis meae restat vestigium. nam qui Exodi 6, 3 scripsit, id profecto voluisse non poterat, ut nomen Iahvis primis gentis iudaicae auctoribus incognitum esse diceret: extirpanda enim ei fuisset e Genesi ab ipso edita (goettingische gelehrte anzeigen 1870, 1558) Iahvis mentio, quam persaepe ab eo toleratam novimus. sin eum quod veteres nomen de creatore intellexissent, *καλοῦντι τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα* (Rom 4, 17) ita deflexisse putemus, ut *τὸν στήσαντα τὰς ἐπαγγελίας* significaret, omnia optime cohaerebunt. nam hac ego circumlocutione Exodi 6, 2—6 explanare me posse confido: ego Iahwe vocor idemque sum qui patribus tuis potentiae quidem meae documenta satis et magna et multa dedi, sed promissorum statorem me demonstrare non potui: quippe quo quis tempore aliquid se facturum pollicetur, eodem eum quae pollicitus est exequi non posse in ipsa rerum natura est. nunc vero conditionis a me [Genesis 15] acceptae memor ostendam recte me Iahvis nomine vocari, id est eum me esse (latinis verbis non latine loquar) qui quae non sunt entia faciam.

atque ut ad quartum accedamus, videtur mihi ex hac nominis Iahwe interpretatione explicari posse, qui factum sit, ut huius nominis usus in desuetudinem abierit. quod temporibus turbidis factum esse arbitror, quibus hominibus piis pene sacrilegum videbatur deum, quem a populo suo iratum faciem avertisse cernebant, promissorum statorem vocare. non erat יהוה, qui servis suis pietatis et virtutis promissa praemia non dabat: quare nomine uti impium credi coeptum est. et Iobeidis auctorem existimem, cum nomine יהוה in exordio et peroratione utatur, in ipsa dubitantium disceptatione vocabulo אֱלֹהַּ solo adhibito significasse, diffidentium esse, ut abiecta in deum antiquo amore institutaque ecclesia erga genus Iudaeorum benevolum (יַהְוֶה) fide, varias divinitatis per mundum universum lucentes manifestationes (אֱלֹהִים) moerore oppressi

non curantes, numen quoddam (אֱלֹהַּ) esse non negent neque tamen quemquam ex huius numinis agnitione fructum percipiant. scimusque ultimis rei publicae iudaicae annis sacerdotem maximum in solo expiationis festo in adyto nomen Iahvis pronuntiasse: hoc enim uno die fieri poterat, ut promissionis memorem deum laudarent: *τἄλλα πάντα φροῦδα.*

quae cum exposui soleo ad Exodi 3, 14 me convertere. ibi enim אהיה אשר אהיה*) non Iahvis nomen *τὸν ὄντα* significare indicat, sed quaerentem de nomine (id est natura) dei Mosem ad modestiam hortatur, quasi diceret „qui sim, nihil ad te: id noveris (bis eum respondere vides) me eum esse qui patribus promiserim certo tempore proli eorum me auxilio venturum esse, omnemque naturam meam hominibus in eo comprehendi scito, ut me fidelem et minarum et promissionum statorem esse credant. אהיה אשר אהיה explicandum e locis similibus his: Gen 43, 14 כאשר שכלתי שכלתי. Regn I 1, 24 והנער נער. Regn I 23, 13 ויתהלכו באשר יתהלכו. Regn II 15, 20 אני הולך על אשר אני הולך. Zach 10, 8 רבו כמו רבו. Ezech 12, 25 אדבר את אשר אדבר. Raschi ad Genes 20, 13 אונקלוס תרגם מה שתרגם. Iohannes 19, 22 *ὃ γέγραφα γέγραφα.* acta concilii ephesini 13ª הו דחזק נחזוק (ut apparet e Georgii Hoffmanni mei versione germanica 9, 37) abeat qui voluerit: nil moramur. Bar Ali 614 אינא דהו كاين ما كان. Bar Bahlûl אינא דהו كاينا ما كان, quibus addit e Gurganii تعريفات 17, 20 seqq explicanda ويكون ايما على سبيل الاستفهام. confer Yâqût III 38, 4 et كاينا من كان Faχrî Ahlwardti 312, 11. Kosegarten chrestomathia arabica 33, 3 الى قلت لك ما قلت et 8 صنع بنا ما صنع. MI noctes editionis bûlâqensis alterius I 393, 13 لكان ما كان fuit quod fuit = missa haec faciam. I 454, 10 فاصنع ما انت صانع age quod agis = non curo quid facturus sis, sed liberam agendi ut volueris potestatem tibi concedo. ibidem I 482, 7 8 كنت السبب فى هذا الذى جرى بينى وبين ولدى كله حيث اشرت على بما اشرت tu causa fuisti [simultatum] earum omnium quae inter me filiumque meum ortae sunt, idque eo quod suasisti quae suasisti = eo quod consilia mihi dedisti

*) de quo nunc EWLane arabic-english lexicon II 1544 med: quem locum laudo, ut indocti qui docti videri volunt bibliorum interpretes possint in commodum suum convertere.

peiora quam ut nunc de iis verba facere vellem. ibidem III 10, 9 طلع من طلع emersit [ex undis] qui emersit = non attinet exponere qui et quot emerserint. ibidem III 167, 2 ان اسلموا اسلموا وان ابوا نحرقهم بالنار si ad fidem nostram se convertent, ad fidem nostram se convertent [nihil dicendum erit], sin nolent, igne eos cremabimus. ibidem IV 411, 5 فالذى يجرى يجرى quod accidet accidet = equidem curas abiciam, nam fato res humanae reguntur ita, ut cautum et providum esse non non prosit, incautum et improvidum esse non noceat. ibidem I 494, 11 12 III 156, 3 159, 1 160, 9 جرى ما جرى accidit quod accidit. Knös historia decem vazirorum 50, 7 عملت معه ما عملت fecit cum eo quae fecit = quae non narrabo: obscena enim sunt. Maqqarî I 88, 22 23 [lugd] قد قدر ذلك فيك من قدر decrevit hoc in tuam gratiam qui decrevit = noli curare: res effectum habebit (confer de eadem re Bayân II 3, 17 يقدر ذلك من قدر ما قدر). idem I 89, 1 وكان منه ما كان ثم اتى عليه ما اتى prodiit ex eo quod prodiit, et incidit in eum quod incidit = utrumque cum in vulgus notum sit, non opus est narrare. idem I 133, 7 الى الامر الى ما يوول اليه pervenit res quo pervenit. confer Ibn Arabšâh Tîmûr 4, 14 15 Golii الى ان الى امره الى ما الى et 7, 14 الى ان كان من امره ما كان. Ibn Arabšâh libro laudato 35, 8 9 لما اثار سجستان ما اثار قصد بعساكره مدينة سبزوار postquam iniuriam a Sacis inlatam eo modo vindicavit, quo vindicavit cum exercitu suo Sabzawâram [Yâqût I 804, 13 Ibn Baθûθa III 65, 5] profectus est. idem 304, 10 11 وفعل مع مباشر ذلك ما فعل iam narrata. Yâqût IV 191, 10 وفد على كسرى ابرويز فيما كان يفد عليه ad regem Persarum Parwêzum profectus est eo consilio quo profectus est = nil attinet explicare quaenam itineris causa ac ratio fuerit. Henzi fragmenta arabica 26 fin (Faχraddîni Ragensis verba sunt) ثم كان من الامر ما كان. Harîrî Durra 180 fin Thorbeckii حتى دهاها الذى دهاها [Baghdâḍ sedes regum fuit] donec accidit ei quod accidit: tristius quam quod claris verbis indicare sustineam. idem Maqâmât 209, ½ Reinaudi حتى انتشر عن حمالة الحطب ما انتشر [iam temporibus antiquis inimicitiae vexaverunt optimum hominem Muχammadum] ita ut declararetur de uxore Abu Lahabi id quod [Qurân 111] declaratum est: ita ominosum, ut de eo verba facere nolim. Ibn Hišâm 152, 13 حتى اذا كان الشهر الذى اراد الله به فيه ما اراد من كرامته [Muχammadus ita agere solebat] usque ad

mensem in quo constituit deus id beneficium in genus humanum conferre quod conferre constituit = usque ad notissimam Gabrielis ad Muχammadum legationem.

II.

Radix שבת apud Arabes aut شبت aut سبت aut ثبت esse potest. iam non est radix شبت ulla, nam شبت = شبث *anethum* e persico شود manasse docuerunt Lagarde gesammelte abhandlungen 82, 25 Gawâlîqî 94, 11. ثبت mere arabica est: quod si non esset, apud Aramaeos תבת extaret, quod non extat: crediderimque ثبت a وثب = ישב ortum esse. relinquitur ut שבת idem quod سبت esse dicamus. سبت *abscidit* velut علاوة *cervicem*, راس *caput*, شعر *crines*. ita EWLane: certum est. hinc مسبوت *abscisus* Avicenna I 102, 44 227, 48 (Avicennam iam ECastellus laudavit) = soporatus, somno ita gravi mersus ut a viventibus quasi separatus sit. سبات *somnus gravissimus et letalis* Qurân 25, 49 78, 9 Avicenna I 307, 1 47 II 11, 5: rarius *somnus sani* Zamaχšarî kaššâf 1541, 21 [Calc]: = תרדמה Lagarde materialien I 4, 6 II 30, 23 31, 5 = ἔκστασις ע Act 10, 10. hinc اسبت *somno letali mersit* Avicenna I 142, 12 = fecit subet apud interpretem veterem et medicos medii aevi, et سباتى *καρωτὶς* Avicenna I 27, 37 28, 15 29, 32. a שבת I ad שַׁבָּת via nulla est. nam postquam goettingische gelehrte anzeigen 1871, 1097 primus nomina a formis derivatis derivata a nominibus a forma prima manantibus severe discernenda esse docui, non licebit שַׁבָּת a שבת I ducere: ad שבת II referendum est. qui vero ad primam refert, lingua hebraica non florente vixit. sequitur eum qui Genesis 2, 1 scripsit non veterem esse, sed recentem auctorem, quicquid indocti contra garriant. שַׁבָּת non duci potuit nisi a שבת II. iam cum formam secundam esse sciamus للتكثير (Zamaχšarî mufaççal 129, 7), سبت II *crebro abscidit*: Lane 1287. שַׁבָּת cum femininum sit, pluralem faciat שַׁבָּתוֹת, additis pronominibus ת duplicet, dictum esse debet pro שַׁבָּתֶיהָ, formae אַדֶּרֶת. confer שַׁבָּתוֹ cum גִּבָּחְתּוֹ, שַׁבַּת cum חַטַּאת, שַׁבָּתוֹת cum חַטָּאוֹת. שַׁבָּתֶת apud Arabes sabbatat esse deberet, quod non extat. sed extat سنبتة sanbatat. iam cum قُبَّرة qubbarat *alauda* idem quod قُنبُرة qunburat sit, سنبلة sunbulat *arista* idem quod שִׁבֹּלֶת, قنفذ qunfud *herinaceus* idem quod קִפֹּד, nihil obstat quo minus שַׁבָּת idem esse

dicamus ac sanbatat Arabum. cuius forma decurtata سنبة nihil contra me probat, est enim ex errore orta: nam pluralis sanâbit t radicalem esse demonstrat et ipse aethiopico plurali sanâbeṭ [et sanbatât = שַׁבָּתוֹת] Dillmann wörterbuch 369 certus et vetus esse demonstratur. Amharenses, quod ex Isenbergii lexico 58 disci potest, sabbatum sanbat vocant: iis sanabata *commoratus est aliquamdiu*, asanâbata Matth 14, 15 *dimisit*, tasanâbata *dimissus est, abiit.* arabice sanbatat tempus diuturnum significat: quod vocabulum si pro sabbatat dictum est, nihil esse potest aliud ac [dea] abscidendo occupata, crebro secans. sinbât sanbât arabice *malignitas*, sanabût *iracundus*: quae optime explicari posse crediderim: nam sinbât erit quasi quaedam temporis omnia delentis similitudo, sanabût is qui tempori omnia quae genuit devoranti similis vel ea delet quae ipse fecit. יוֹם הַשַּׁבָּת antiquissimo tempore dies deae quae vitae finem imponit: quo die (hoc enim credere licebit) aliquid operis suscipere nefas et infaustum putabatur. שַׁבָּתוֹן a שַׁבָּת duci nequit: nam cum שַׁבַּתּוֹ dicatur, si שַׁבָּתוֹן a שַׁבָּת descenderet, שַׁבַּתּוֹן dicendum esset. sequitur שַׁבָּתוֹן a שִׁבֵּת fluxisse et vocalem eius primam ut in vocabulo cotidiano usu trito ex antiquissimis temporibus servatam esse: serius שְׁבָּתוֹן dici debebat. שַׁבָּתוֹן abscisio, negotiorum omnium qualiumcumque (= II) cessatio: שַׁבַּת שַׁבָּתוֹן = سنبتة تسبيت. probatum est sabbatum Mose antiquius esse. sed ulterius procedere datum est. Saturnus planeta apud Iudaeos recentiores שבתי vel שבתאי vocatur. hoc nomen quamvis in libris superstitibus non appareat nisi post Christum natum, nihilo minus vetustissimum esse credo. Epiphanii habemus de planetis disputationem panarii 16, 2 = p 21 basil = 34 Petavii: qui si Iovem *Χωχὲβ**) *Βάαλ* vocat, hoc ipso nomine ostendit planetarum nomina non suo tempore orta esse, quo de בַּעַל nemo loqui ausus esset, nisi longo sermonis usu excusatus. sequitur *χωχὲβ σαβῆϑ* [?] eius aetatis esse qua Baali religio mentibus inhaerebat: ut nos Germani Dienstag Donnerstag Freitag habemus e carissima antiquitate servata, licet deorum nostrorum memoria evanuerit. iam Cassium Dionem scimus XXXVII 18 19 de nominibus rettulisse, quibus sin-

*) de pronuntiatione linguae hebraicae vetere proximo anno spero fore ut publice e conquisitis undique veterum testimoniis agere possim.

gulae septimanae feriae insigniebantur: ad cuius verba inlustranda scripsit Letronne observations sur les réprésentations zodiacales 99, mélanges d'érudition [1860] 41. planetis ordine suo nativo qui tum putabatur dispositis, Saturno Iovi Marti Soli Veneri Mercurio Lunae, singulae diei a media nocte incipientis horae sacrae erant. ita factum ut hora 25, quae prima diei secundi esset, 3. 7 + 3 horis elapsis Soli dedicaretur et Sol feriae secundae dominus haberetur: 49 = 2. 24 + 1 in Lunam incidebat, 73 = 3. 24 + 1 in Martem, 97 = 4. 24 + 1 in Mercurium, 121 = 5. 24 + 1 in Iovem, 145 = 6. 24 + 1 in Venerem, 169 = 7. 24 + 1 in Saturnum, ut ordo ad principium rediret. et de antiquitate astronomiae planetas observantis qui dubitat, adeat librum zeitschrift der deutschen morgenländischen gesellschaft X 649 seqq. sequitur si שבתי Saturnus planeta est et dies Saturno sacer שַׁבָּת vocatur, quodam modo שבתי et שַׁבָּת cohaerere. remque ita evenisse putarim. Phoenicum Arabumque catervae in Aegyptum effusae poterant vi armorum regnum cultissimum evertere, mores barbaros in mediis Aegyptiis habitantes servare non plane poterant. et accidit quod similibus temporibus similiter semper accidere videmus, ut victores a victis adsumerent quae possent, ita tamen, ut ad suum sensum captumque adcommodarent. iam cum deae suae Sanbatae (= שַׁבָּת) eaedem partes iis esse viderentur, quae apud Aegyptios Saturni erant, Sanbatae et Saturni religiones ita coaluerunt, ut Saturnum ab eadem radice vocarent, unde Sanbata nomen traxerat, simul autem, ut sui se iuris esse demonstrarent, Sanbatae diem in septimana ultimum esse statuerent, cum Saturni dies apud Aegyptios primus fuisset. confer constitutiones apostolorum*) II 57 p $84^{20}/_{21}$ *κατὰ ἀνατολὰς τετραμμένος* et p 87, 2 *ἐπ' ἀνατολὰς κατανοήσαντες,* V 7 p 134, 12 *στὰν κατὰ ἀνατολὰς* et VII 44 p $227^{21}/_{22}$ *προσευχέσθω κατὰ ἀνατολὰς* cum Ezechielis 8, 16 et quae in constitutionibus iisdem V 15 didascaliae p 89 seqq de ieiunio christianorum a ieiunio Iudaeorum diverso sancita sunt, quo videas novam fidem veterem ita abrogare solere, ut materiem, ut ita dicam, templi veteris servatam sensu contrario quam quo ante disposita erat disponat.

*) de quarum patria vide me GGA 1871, 526.

III

In libro gesammelte abhandlungen [1866] 161—165 (confer Genesin a me graece editam 211) festum Purim originis persicae esse demonstravi: nunc quae de mundi creatione in Genesis capite primo leguntur, a Persis ad Iudaeos perlata esse demonstrabo. Bactrorum liturgia antiquissima Vispered (= vîçpê ratavô *omnes domini*) dicta statim in principio sex tempora festa (nunc gâhânbâr vocata) celebrat, in memoriam, ut nunc dici consuevit, creationis instituta, re vera ad gratias deo ob conservatum mundum agendas destinata. de quibus confer Yaçna 19, Bundeheš 1, Çad dar (a me persice edendum) 94, EBurnouf commentaire sur le Yaçna 302 seqq. horum nomina haec sunt: Maiđyô-zaremaya, Maiđyô-šma, Paitis-hahya, Ayâθrema, Maiđyârya, Hamaçpaṭ-maêđaya: quibus festis caeli, aquarum, terrae, arborum, pecorum, hominum vel creatio vel conservatio celebratur. in quibus nominibus maiđyô idem quod mediu-s Latinorum, *μέσσο-ς* Graecorum. maiđyôzaremaya maiđyôšma maiđyârya dicuntur ut *μεσονύκτιος μεσοποτάμιος* Graecorum, mediterreus meditullium Latinorum, miċaget mêċerkṛeay Armenorum. facile explicatur maiđyôšma *mediterreus*. ita aqua commode vocari poterat. in interpretando maiđyârya ab EBurnouf secedendum mihi esse credo, de yâre *annus* cogitante. nam ut de componendi ratione inusitata taceam, festum mense Bahman celebratum, qui anni undecimus est, *medianne* appellari nequibat, neque ulla adduci potest ratio, cur pecora *mediannia* vocata essent. equidem ab arya sumptum credo vocabulum, quod fieri nequit, nisi summam eius antiquitatem esse concedamus. nam arya Indorum et Iapetidarum antiquissimorum apud Bactros airya erat. inest igitur vocabulo maiđyârya non bactrica, sed iapetia vocis forma. *in mediis Ariis* (hominibus) *vivens* praeclarum pecoris nomen apud patres nostros, quo tempore a gregibus pascendis ad agros colendos se converterant. maiđyôzaremaya interpretari non possum, cum zarema in libris bactricis numquam inveniatur. apparet zarema et ultra et citra caelum reperiri. iam cum *Χάρμων* et Iovis et Plutonis nomen sit, zarema autem ad amussim graeco *χάρμη* respondeat, de casca vocabuli antiquitate dubitari nequit. אנדרואי Pahlavensium confero, formatum illud ut תְּרֶשְׁתָא = antareḳšaθra, Lagarde

goettingische gelehrte anzeigen 1871, 386. paitishahya ad sasya Indorum pertinere certum est, neque minus certum hahya antiquius esse quam eam bactricae linguae formam, quae nunc nota est: nam neque haihya neque haṇhya dicitur, nec paitis, quod Persae pêš, Armeni (Lagarde beiträge 50, 4) patš esse voluerunt, in paitis-hahya id significare potest, quod in vestustissimis libris bactricis significare solet. sequitur paitis-hahya remotissimae antiquitatis esse. eiusdem aetatis ayâθrema est. nam ma suffixum pene obsoletum: invenio Çairima = Salm = שֵׁם Gen 5, 32 et Aiwiçrûθrema, zañtuma et daχyuma, astema et daçema (confer ἕβδομος septimus?). ayâθrema esse crediderim eum *qui minime movetur* (den ungehendsten): satis aptum arboribus designandis vocabulum. persicum ʻgahra *radius textorum* explicari e yâθra posset e lege a me cum ante tum abhandlungen 8, 20 exposita: urbs textorum suorum industria longe lateque celebris ʻGahram Yâqût II 167, 14 ipsum yâθrema esse videatur quasi *Κερκιδόπολις*. ʻg = y ut in ʻgâdû = yâtu: nam etsi in Qurano 2, 52 جهرة e bactrico ćiθrem ortum est, ut ج = ć interdum fuisse appareat, a Graecis et *T* et *Σ* scriptae*), ج pene ut ى pronuntiatam docent quae Gauharius initio libri tertii habet (GGA 1870, 1457). hamaçpaṭ-maêđaya homo *in mediis rebus utilibus vivens*, quo vocabulo quam apte uterentur qui creationis suae gratias deo agere vellent, non est quod exponam. ordo festorum simplicissimus est, quem a Persis excogitatum esse absentia lucis demonstrat. lucem enim creatam negabant Persae. iam in capite Genesis primo eundem ordinem obtinere omnes vident, sed inepte turbatum. nam lux creata narratur die primo, luminaria die quarto orta feruntur: nimirum Persae inter lucem anaghra *initio carentem* et çtidâta *legibus naturae subiectam* distinguebant, atque Esdras et illam esse negare volebat et hanc non praeterire. aqua 2 iam ante lucem creatam est, neque ullo loco facta narratur. cumque Persae

*) *Τισσαφέρνης* = Cithraparna, *Τεΐσπης* (quem *Τίσπις* scribi malim) = Cišpi (confer abhandlungen 32, 29). Esdras I 5, 3 6, 6 תתני cum sit qui Esdr III 6, 26 7, 1 *Σισίννης* vocatur, certum hominem persice Cicinni appellatum, pronuntiationem masoretarum falsam et versionem graecam Esdrae I (*Θανθαναι*) recentiorem esse quam Esdrae III interpretationem e canone nunc extorrem.

pecorum tantum mentionem inicere solerent, quae sola hominum usibus olim inserviebant (Lagarde beiträge 23, 30 seqq), praeclarus Esdras supplere volens quae praeceptores omisissent, aves et pisces, iunctos ut Persae murġ ô mâhî iungere solent, a quadrupedibus secrevit. quibus omnibus effecit, ut ἑξαήμερον suum iustam cavillatoribus ansam praeberet. qui si Persas non creati mundi historiam narrare — quod fieri piorum nihil interest —, sed ob multa beneficia et data et conservata deo gratias agere voluisse intellexisset, infelices manus a recudendo nummo priscae antiquitatis pietate satis bene cuso abstinuisset. atque, ut hoc addam, si sunt qui Genesis 1, 3 ὕψηλὸν esse dicant, turpissimae inscitiae sua se admiratione convinci sciant. nam ad locum Longini [22 OIahni = I 255 LSpengeli] post HGrotium totiens ab hominibus laudatum, qui Longinum in manibus numquam habuerunt, vide quae GBuchenau de scriptore libri περὶ ὕψους Marburgi Chattorum [1849] agens, GBurckhardt in Caecili rhetoris fragmentis Basileae [1863] conlectis et in specimine emendationum in Tacitum LSpengel protulerunt: ex Theophili autem Plüschke lectionibus alexandrinis et hebraicis anno 1837 editis disce Hebraeos miserrima sermonis sui egestate coactos semper loqui ut Gen 1, 3 legimus: Gen 29, 27 28 Exod 4, 3 Ezech 8, 5 Zach 3, 5 6, 7 Dan 6, 24 cett. similiter Arabes. MI noctes II 209, 5 6 وقالت ايتيني بدواة وقرطاس فاتتها بدواة وقرطاس et dixit „affer mihi atramentarium et chartam“, et attulit ei atramentarium et chartam. ibidem II 420, 4 5 فقالوا له يا حاسب انزل [في] الجب وعب لنا العسل الذى بقى فيه فنزل حاسب فى الجب وعبى لهم العسل الذى بقى فيه et dixerunt „o Χâsib, descende in foveam et hauri nobis mel in ea relictum“: et descendit Χâsib in foveam et hausit iis mel in ea relictum. ibidem III 162, 14 فامر بحل الاعجام فحلوهم et iussit barbarorum vincula solvi, et solverunt vincula eorum. licet interdum Arabes Muχammadum suum, Iudaeorum seriorum simiam, Qurân 2, 111 imitati ineptiant ut hi nostri: MI noctes I 149, 19 = 447, 1 III 173, 24 25 cett. quae Semitae bona habuere, et ipsi satis antiquo tempore abiecerunt neque umquam in Europam transmisere: multa autem, quae primo aspectu semiticae originis esse videantur, iapetia esse apparet, si accuratius inquiras. unum tantum exemplum afferam. algebram ab arabico الجبر

dici omnes novimus. sed rem Indi invenerunt, vocabulum Arabes a Persis acceperunt. nam جبر a جبارة descendit ut هدم abhandlungen 38, 4 ab اندام vel رزق a روزى abhandlungen 81, 22 aut שָׁבַת a שַׁבָּת. جبارة autem a persico gahwâra est, quod Armeni gahavoṛak scribunt, Iudaei גוהרק Buxtorf lex chald 397, cum גהורק deberent. gahavoṛak Armenorum *φορεῖον κλιντὴρ παράθεμα ἐσχάρα* exprimere docui GGA 1870, 1482. iam algebra ܬܪܝܢ et ܒܪ atavos habere convincitur.

IV

Vide prophetas chaldaicos xlvi seqq.

Psalm 44, 3 הורשת scribe שרשת Ps 52, 7
Psalm 44, 3 תרע scribe תגדע Isa 10, 33
Psalm 47, 10 ante עם adde עם *una cum*
Psalm 48, 6 ראו scribe באו
Psalm 52, 9 בהותו scribe בהונו. ita Chaldaeus
Psalm 52, 11 ואקוה scribe ואיקרה Regn I 18, 30
Psalm 56, 4 אירא scribe איד Iob 21, 30. א altera e sequenti אני orta
Psalm 56, 7 כאשר קוו scribe כארי יקוו
Psalm 58, 3 בלב עולת תפעלון scribe כלכם עולת תמללון opp צדק תדברון 58, 2. nam פעל accusativum pluralem regere nequit
Psalm 58, 8 post כמו adde חציר Ps 90, 6
Psalm 60, 6 קשט scribe שטף Ps 32, 6
Psalm 60, 7 ימינך scribe יונתך Ps 56, 1 Cant 2, 14
Psalm 63, 5 בחיי scribe בציה 2
Psalm 66, 8 non imperativi sed praeterita placent
Psalm 68, 10 תניף scribe תטיף 9
Psalm 68, 34 dele שמי
Psalm 69, 11 ואבכה scribe ואמכה. ita Graecus et Syrus: vide Castellum syr מכך IBKöhler in Eichhornii repertorio XIII 130
Psalm 69, 28 בצדקתך scribe בחצרותיך Ps 96, 8 [92, 14 116, 19 135, 2]. בוא ב Gen 19, 8.
Psalm 71, 10 אמרו scribe ארבו *insidiati sunt*
Psalm 71, 18 post לדור adde אחר
Psalm 72, 5 ייראוך scribe יאריך *extendet vitam*
Psalm 72, 7 צדיק scribe צדק *iustitia.* ita Hieronymus
Psalm 72, 7 ורב scribe וירב *et copiosa erit*

Psalm 74, 19 post לחית adde שן. ita Chaldaeus
Psalm 80, 5 בחפלת scribe בפליטת
Psalm 80, 7 מדון scribe מנוד Ps 44, 15
Psalm 80, 16 dele ועל בן אמצהה לך, e commate 18 anticipata. vide me ad Isa 41, 1 cett
Psalm 81, 17 ומצור scribe ומצוף
Psalm 83, 8 ישבי צור scribe ישבי בצר vel ישבי בצרה. Tyro locus hic non est, Bostrae est
Psalm 83, 9 אשור scribe גשור
Psalm 118, 27 בעבתים scribe בערבים *salicibus* Lev 23, 40. confer חג ערבה Buxtorf lex chald 1659
Genes 1, 27 בצלמו בצלם si Symmachus *ἐν εἰκόνι διαφόρῳ* vertit, בצלם וצלם legit, ut בלב ולב est Psalm 12, 3 Paral I 12, 33. satis recens Symmachus est, ut vel בצלם ובצלם ei placuisse credere possimus. idem אלהים alterum accusativum credidit = *ὄρθιον* (non *ὄρθιον ὁ θεὸς* sed *ὄρθιον* solum scripsit).

V

Pedanium Dioscoridem, Neronis aequalem, Anazarbi in Ciliciae oppido natum esse constat, quod Tarso haud procul abest. hunc Dioscoridem *περὶ ὕλης ἰατρικῆς* scribentem libri exordium fecisse legimus hocce: *πολλῶν οὐ μόνον ἀρχαίων ἀλλὰ καὶ νέων συνταξαμένων περὶ τῆς τῶν φαρμάκων σκευασίας τε καὶ δυνάμεως καὶ δοκιμασίας, φίλτατε Ἄρειε, πειράσομαί σοι παρασῆσαι μὴ κενὴν μηδὲ ἄλογον ὁρμήν με πρὸς τήνδε τὴν πραγματείαν ἐσχηκέναι διὰ τὸ τοὺς μὲν αὐτῶν μὴ τετελειωκέναι, τοὺς δὲ ἐξ ἱστορίας τὰ πλεῖστα ἀναγράψαι.* haec imitatum credo eum qui Lucae 1, 1—4 scripsit: *ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων, καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου, ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς καθεξῆς σοι γράψαι, κράτιστε Θεόφιλε, ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀλήθειαν.* quod si recte dixero, probatum est, in tertio evangelio a variis manibus profecto inesse partes quasdam ab ipso Luca medico (Coloss 4, 14) Pauli tarsensis amico scriptas. nam et medicum decebat materiam medicam nosse et Pauli tarsensis amicum rationi consentaneum est librum de arte sua a Pauli sui cive, viro celeberrimo, scriptum legisse. tot pueros imitandi et variandi artes docui, ut ipse me in diiudicandis evangelii verbis non erravisse arbitrer: sin aliis secus videbitur, non refragabor. qui si Dioscoridem bene, Lucam male et parum adcommodate scripsisse dixerint, id pro me valere norint. fato enim quodam adverso fieri solet, ut qui imitentur, nisi artis pergnari sint, miserrime detorqueant quae exprimenda sibi proposuerunt. et si Dioscoridem recte rationem

reddidisse nemo negaverit, cur scribere librum aggressus sit — esse enim dicit libros de materia medica agentes, quotquot extent, inutiles —, Lucam non habeo quo modo excusem, qui cum plurimos auctores de Iesu rebus gestis exposuisse fateatur eosque ad id negotii gerendum aptissimos, ex hac ipsa copia sibi quoque aliquid conscribillandum esse concludit, cum opera multo minore Theophilo suo *τῶν αὐτόπτων βιβλία* in manus dare potuisset, ipse non *αὐτόπτης*, sed *παρηκολουθηκώς* tantum. ipsa vero exordii lucani ineptia eo me adigit ut otiosum imitatorem me legere credam: nam qui rerum gravitate coactus ad aliquam rem enarrandam aggreditur, ordine ac ratione procedere solet neque ea ipsa re se excusare qua prudentibus se accusandum prodit. evangelii tertii aetatem nosse interpretis psalmorum interest, nam Luc 24, 44 primum hagiographa tamquam canonis pars laudantur, cum paulo ante (Mth 5, 17 7, 12 11, 13 22, 40 Luc 16, 16) libri sacri *νόμῳ καὶ προφήταις* solis contineantur.

Psalmos in WZ praecedunt carmina haec:

Nongentis pariterque novem labentibus annis
ex illo, carnem quo sumpsit tempore Christus,
filius Arnulfi regis cum sceptra teneret
annis bis senis iuvenis Hludovicus herilis,
mente humili pollens Salomon, pietate redundans,
tertius a priscis et eodem nomine dictus,
quos sibi pontifices legit Constantia dives,
praesul et abba simul meritis electus opimis,
scriptores cauta varios indagine lustrat,
hoc et psalterium docte collegit in unum,
pandens lectori studioso mente sagaci
auctorum sensus vario sermone secretos.
pagina bis binis loquitur nam quaeque columnis
quae stilus hebraico verissima fonte refundat,
Hieronimo haec reserante quidem sermone latino:
gr[a]ecus et hic proprie sensus ac sermo patescit
litterulis nostris nostroque caractere scriptus,
quem tamen ex gr[a]eco versum sermone latino
quam dixi supra retinet quoque pagina scripta,
ecclesia haec etiam iugiter romana frequentat.
editio communis et haec vulgataque fertur.
ex quibus hebraicae interpres linguae venerandus
et reprobanda notat nec non retinenda figurat.
sed tamen hac quarta translatio scripta columna
est, quam praefatus, bene septuaginta secutus,

1—6 > *Z* | 8 merititis elestus *Z* | 10 ē *Z* | 14 ebraico *Z* | 16 e *Z* | 21 edicio *WZ* | 24 haec contra *Z* | 25 prefatus *Z*

ex gr[a]eco in linguam transferre fideliter istam
Hieronimus studuit totaque fide reseravit.
hanc etiam populi psallunt orientis et isti,
Gallia quos genuit, quos et septentrio gignit.
quadruplicem ergo (precor) caute nunc inspice, lector,
psalterii formam vario sermone coactam,
amplius et noli quovis paradigmate falli,
veridica ante oculos auctorum dogmata cernens.
prima quidem supra folio descripta columna
quae recitant Galli retinet sermone fideli,
horum Hieronimo, ceu dixi, interprete fido.
hac quicquid certe discordat ab editione,
hoc et ab hebraico pariter distare memento.
sed vulgata tenet minus et correcta secunda:
haec et Romani psallunt Italique frequentant.
tertia sed vere hebraico translata magistro
continet et nobis melius haec omnia pandit.
ultima nam gr[a]eco proprie sermone notata
quae minus, ut dixi, cum sint vulgata, probamus.

Versiculi Hieronimi p̄br̄i.
Psallere qui docuit dulci modulamine sanctos,
noverat iste decim legis qui verba dedisset,
quot digitis cithara c[h]ordis totidemque dicavit
nomina vel signum numerum crux ipsa notaret
credere quid dubitas? virtus regit omnia Christi,
qui varias iunxit uno sub carmine linguas,
ut pecudes volucresque deum cognoscere possint.
hic sonus est fidei mentes qui mulcet amaras.
sic creatura prior tanto pro munere gaudet,
offerat ut domino salvet quos gratia vocis.
nunc Damasi monitis aures praebete benignas.
quisque sitit veniat, cupiens haurire fluenta:
inveniet latices, servant qui dulcia mella,
sordibus expositis purgant penetralia cordis,
corpus tum renovant Christo servire parati.
Christi sanctum cognoscere debes.
pastorem puerum multis de fratribus unum
angelus ex ovibus rapuit regemque dicavit,
organa qui sciret manibus componere solus,
psallere per citharam populis caelestia regna.
ingentem clipeoque gravi frustraque minantem

37 cete *Z* | 42 pandet *Z* | 3 cythara *W* | 6 uno iunxit *Z* | 7 cognosce *W* | 11 brębete *Z* | 16 *lacuna in WZ* | 19 mnibus *Z* | 20 cytharam *WZ* |

impia faleras et tela gerentem,
surdorum demens coleret qui templa deorum,
mactavit saxo tereti truncumque reliquit
iudicioque dei ingenti mox c[a]ede peracta
monstravit populis tulerat qu[a]e ex hoste trophaea.
haec Damasus scit, sancte, tuos celebrare triumphos.
expliciunt versus Damasi papae.
item versus:
aeterni[que] patris pariterque in nomine nati,
spiritus et sancti, quorum est substantia compar
et virtus similis parilisque in saecla potestas
psalmorum liber orditur, sermone vocatus
hebr[a]eo sephar talim, quod voce latina
est liber ymnorum, David quem rex benedictus
edidit adiunctis sociis, Hieronimus autem
presbyter archivis hebr[a]ei fontis ab ipsis
Gr[a]ecorumque libri de falsis vera sequestrans
traxit in eloquium felix citharista latinum.

22 *lacuna in WZ* | 26 trophea *W* | 8 presbiter *Z* | 10 cytharista *Z*

xvi 11 scribe biblio-
153, 16 „ nor
158, 4 „ II

GOTTINGAE typis expressit officina academica Dieterichiana.
Guil. Fr. Kaestner.

BS90.2 1874
Psalterium
Princeton Theological Seminary-Speer Library
1 1012 00048 7597